Digitized by Google

BIBL NAZ
VITT EMANUELE III
161
C
24
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVI TESTAMENTI
VERSIONES SYRIACAE
SIMPLEX, PHILOXENIANA ET HIEROSOLYMITANA.

DENVO EXAMINATAE
ET AD FIDEM CODICVM MANV SCRIPTORVM
BIBLIOTHECARVM VATICANAE, ANGELICAE, ASSEMANIANAE, MEDICEAE, REGIAE ALIARVMQVE

NOVIS OBSERVATIONIBVS
ATQVE TABVLIS AERE INCISIS ILLVSTRATAE

A

IACOBO GEORGIO CHRISTIANO ADLER,

IN VNIVERSITATE REGIA HAFNIENSI THEOL. PROF. EO. ET AD AEDEM FRIDERICIANAM GERMANORVM VERBI DIVINI INTERPR. ACADEMIAE REGIAE SCIENT. NEAPOLITANAE SOCIETATIS ANTIQ. LONDINENSIS, VOLSCORVM VELITRIS, ET ARCADVM ROMAE SOC.

HAFNIAE MDCCLXXXIX.

EXCVDEBAT IOA. FRIDER. SCHVLTZ, VNIVERS. TYPOGRAPHVS.
VENEVNT APVD CHR. GOTTL. PROFT, VNIVERS. BIBLIOPOL.

Digitized by Google

Digitized by Google

CARDINALIBVS EMINENTISSIMIS

IOSEPHO GARAMPIO

EPISCOPO MONTISFALISCI ET CORNETI

ET

STEPHANO BORGIAE

GENERIS NOBILITATE CLARIS

INGENII PRAESTANTIA, INTEGRITATE MORVM

CLARIORIBVS

Digitized by Google

Digitized by Google

QVOD

MIRA ET SINGVLARI BENIGNITATE

PEREGRINVM EXCEPERINT,

IGNOTVM COMMENDAVERINT,

DISCENDI CVPIDVM OMNI OPE AMPLIFICAVERINT,

LABORIOSVM COMITATE ET AFFABILITATE

REFECERINT,

ABSENTEM QVOQVE FAVORE ORNAVERINT,

HOC QVANTVLVMCVMQVE

GRATAE MENTIS MONVMENTVM

PIA VENERATIONE POSVIT

IACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTURIS.

Non defuerunt eruditi, qui de verſionibus Syriacis novi Teſtamenti, Simplici nimirum et Philoxeniana, erudite diſſeruerunt, inter quos eminent Richardus Simon, Ioannes Davides Michaëlis, Gloceſtrius Ridley, Gottlob Chriſtianus Storr, Paulus Iacobus Bruns. Supervacuum exiſtimavi, ea quae a tantis viris prolata fuerunt, repetere vel retractare: malui nova aliqua proferre, e quibus de hiſtoria, indole et uſu harum interpretationum rectius forte iudicetur.

Illud enim in itineribus meis, quae e munificentia Aug. Danorum Regis, CHRISTIANI VII, in Germaniam, Italiam, Galliam feci, in primis curae mihi habui, ut ſtudio litterarum ſacrarum et criticae ſacrae aliquid auxilii afferrem. Haec conſiderans incidi quoque in codices ſyriacos N. T. quos licet aetate ſpectabiles, et ob egregium, quem habent, uſum praeſtantiſſimos, neglectos

Digitized by Google

tamen maximam partem, vel obiter perluſtratos animadverteram. Volvebam revolvebamque libros, colligebam, quantum licebat, omnia breviter memoriae tradebam, ut ex his collectaneis domi bona et utilia aliquando depromerem, adiutus in hiſce meis perſcrutationibus opera amicorum, qui mihi aditum Bibliothecarum libenter aperuerunt, Viennae Martinezii, Venetiis Iacobi Morelli, Romae Borgiae, Aſſemani, Georgii, Garantonii, Florentiae Bandinii, Pariſiis Francifci Bejot, Lugduni Batavorum Schultenſii, quorum in me ſingularem benevolentiam numquam grata mente recolere deſinam.

Ex iſtis iuvenilibus meis ſtudiis ortae ſunt hae obſervationes, quas hoc libro vobiscum cummunicare volui, alia forte, ſi Deo placet, in proſterum prolaturus. Interea paratis utimini benevole et favete auctori.

Digitized by Google

LIBER I.

DE VERSIONE SIMPLICI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Duplicis generis ſunt codices huius verſionis, quos mihi inſpicere contigit, alii antiquis Syrorum litteris in Syria et Meſopotamia ſcripti, alii litteris Neſtorianorum in India exarati. De illis primum.

CODICES ANTIQUI VERSIONIS SIMPLICIS.

I. CODEX EVANGELIORUM SYRIACUS, VATICANUS XII. ANNI DXLVIII.

Antiquiſſimus verſionis Syriacae codex, quatuor Evangelia continens, Dioſcoridi Viennenſi, Virgilio Romano vel Florentino aequiparandus, ſervatur Romae in Bibliotheca Vaticana, inter codices Syriacos Vaticanos duodecimus, Aſſemano [1] Nitrienſis primus. Deſcribitur in Bibliothecae Apoſtolicae Vaticanae Catalogo, a Stephano Evodio Aſſemano edito, Part. I. Tom. II. pag. 27 ſeqq. [2]

Forma codicis eſt quarta, quae dicitur, ſed maioris moduli, quam ob rem ab Aſſemano folii integri eſſe putatur. Litterae Syricae

antiquae,

[1] *Joſephi Simonii Aſſemani* biblioth. oriental, T. I. pag. 561. ſ.

[2] Bibliothecae Apoſtolicae Vaticanae codicum manuſcriptorum catalogus, in duas partes diſtributus, in quarum prima orientales, in altera graeci, in tertia latini, italici, aliorumque Europaeorum idiomatum codices *Steph. Evod. Aſſemanus* et *Ioſeph. Simon. Aſſemanus* recenſuerunt. Prodiit Pars I. in tres tomos diviſa Romae 1756. 1758. 1759 Fol. Exempla fere omnia incendio deleta ſunt, quamobrem neque reliquae partes eduntur. Rariſſimi libri exemplum conſervat bibliotheca Univerſitatis Regiae Hafnienſis.

Digitized by Google

antiquae, vulgo ܐܣܛܪܢܓܠܐ *Eſtrangelo* [1]; duae columnae in ſingulis paginis; membrana fortis. In oris codicis multa aqua ſunt deleta, interdum ad dimidiam usque paginam; codex enim cum ceteris Nitrienſibus menſe Iulio anni MDCCVII Nilo ſubmerſus humore adeo fuit infectus, ut de admiranda litterarum venuſtate veſtigia tantum appareant. Quodlibet Evangelium in parva capita vel pericopas dividitur, quarum Matthaeus habet 426, Marcus 290, Lucas 432, Ioannes 271: ſingulae nova linea incipiunt. Tituli Evangeliorum duobus verbis continentur, e. c. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ *Evangelium Matthaei;* in hypographis autem more ſolito refertur, Matthaei Evangelium hebraice ſcriptum eſſe in Palaeſtina, Marci latine Romae, Lucae graece Alexandriae, et Ioannis eadem lingua Epheſi.

Variae codicis epigraphae laudantur ab Aſſemano, ſed cum aetas et hiſtoria codicis ex illis intelligatur, praecipuas hic repetemus. Specimina earum aere inciſa exhibet tabula noſtra I. quibus ſpecimen contextus, diverſum ab eo, quod Blanchinus dedit in Evangeliario quadruplici T. I. p. 541. 542 praemiſimus. In fine Evangelii Ioannei primum haec verba leguntur, iisdem characteribus, quibus contextus, ſed minio exarata, in ima pagina: ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܐܟܪܙܘ ܘܐܣܒܪܘ ܘܡܢܗܪܘܗܝ ܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܡܬܝ ܡܪܩܘܣ ܠܘܩܐ ܝܘܚܢܢ ܀ h. e. „explicit hic „codex quatuor ſanctorum Evangeliorum, quae praedicarunt, annun„ciarunt et illuſtrarunt quatuor Evangeliſtae, Matthaeus, Marcus, „Lucas,

[1] Volunt, ita nominatas fuiſſe a graeco στρογγύλος *rotundus.* Sed cum minime rotunda ſit haec litterarum forma, nomen potius arabicae originis eſſe arbitror, quod Syri primum carſchunice (h. e. arabice litteris ſyriacis) ſcribentes uſurpabant, deinde civitate donabant, ortum e سطر *ſatar*, ſcriptura, et انجيل *angil*, evangelium, ut ſit *ſcriptura Evangelii*, h. e. ſcriptura maiuſcula, qua in ſcribendis Evangelii exemplis utebantur, o poſita minuſculis et volubilioribus litteris, quas eodem tempore in vulgo uſitatas fuiſſe, infra oſtendetur pag. 7.

„ Lucas, Ioannes.“ Quae in facie ſequentis paginae hoc modo continuantur: ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ h. e. „ gloria ſit patri et filio et ſpiritui ſancto, nunc et in „ ſeculum ſeculorum, Amen.“ Reliqua, quae Aſſemano praecedentibus temere iunxit, disiungenda ſunt.

Sequitur enim, ſpatio interiecto, prima epigraphe, litteris minoribus, et volubiliori manu, atramento exarata, h. m. ܐܫܬܠܡ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܒܝܪܚ ܬܡܘܙ ܕܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܫܥ ܒܡܕܝܢܬܐ ܐܘܪܗܝ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܟܬܒܗ ܕܝܢ ܡܢ ܢܦܫܗ ܘܡܢ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܥܕܪܬܗ ܐܚܐ ܡܪܝ ܐܘܣܒܝܣ ܐܪܡܝܐ (Aſſem. ܐܕܡܝܐ) ܗܘܐ ܕܝܢ rel. h. e. „ abſolutus eſt liber menſe Thamuz (Iulio) anno (Graecorum) DCCCLIX „ (Chriſti DXLVIII) in urbe Meſopotamiae Edeſſa. Exaravit autem „ hunc codicem ſuis ſumtibus et gratia Dei, quae ipſi adfuit, Frater Mar Euſebius Aramaeus (Adamaeus Aſſem.) pro ſancto coenobio Thomae diebus coenobiarchae Sergii rel.“

Hanc epigraphen alia excipit, litteris recentioribus alia manu exarata, his verbis: ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܘܦܪܘܩܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܫܢܬܐ ܥܒܘܪܬܐ ܐܠܦ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥ ܒܝܪܚ ܐܒ ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܐ ܠܣܘܥܪܢܐ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܠܗܢܐ ܩܣܛܪܐ (rel. apud Aſſem.) h. e. „ In nomine Domini, Dei „ et Servatoris noſtri Ieſu Chriſti, anno tranſitorio (aerae Seleucid.) „ MXXIX (vel Chriſti DCCXVIII) menſe Ab (Auguſto) ex voluntate Dei venit ad viſitandum tertia vice hoc caſtrum, ad Euphratem ſitum [4], cum reliquis caſtris, beatiſſimus et a Deo honoratus pater noſter ſpiritualis Patriarcha Mar Elias ex coenobio Dei „ Guba Baraja [5], qui conſui, compingi, atque coaptari iuſſit hunc „ quatuor

[4] Forte Caſtrum *Urima*, de quo in epigraphe codicis ſequentis, Nitrienſis II.

[5] *Guba Baraja* caſtrum et coenobium eſt in Meſopotamia, ad Euphratis ripam ſitum *Aſſemani*

Digitized by Google

„ quatuor Evangeliorum ſacrorum codicem per presbyterum Bar-„ chadbeſchabam (ܒܪ ܚܕܒܫܒܐ) Syncellum beatiſſimi eiusdem domini „ et patris noſtri univerſalis, Patriarchae Mar Eliae, cuius precibus „ omniumque ſanctorum patrum ipſi ſimilium Deus nobis opem „ ferat, et caſtro eiusque habitatoribus ac terrae, omnibusque eius „ incolis faveat, auferatque flagella irae ob preces Deiparae Mariae, „ in ſecula. Amen. Peccator autem, qui hoc monumentum poſuit, „ miſericordiam conſequatur in die Iudicii precibus totius eccle-„ ſiae. Amen. Amen.

Tertia epigraphe, eadem ſere litterarum forma, quam praecedens exarata, in pagina ſequenti reperitur, huius argumenti: Anno tranſitorio Graecorum MXXXIX (Chr. DCCXXVIII) iterum compactum fuiſſe hunc codicem per presbyterum Bar-chadbeſchabam et presbyterum Sergunam, diebus beatiſſ. Patriarchae Mar Athanaſii, ex eodem coenobio Guba Baraja, Eliae illius diſcipuli et ſucceſſoris.

Quarta denique, iterum litterarum forma diverſa, refert, librum denuo compactum fuiſſe anno Graecorum MCCCXCII (Chr. MLXXXI) in deſerto Scetenſi in ſacro monaſterio Deiparae Syrorum [6], diebus Mar Gabrielis, Abbatis eiusdem monaſterii, opera Fratris Gabrielis de Baxaruma (ܕܒܝܬ ܟܣܪܘܡܐ), compingente librum Denha, de monte Edeſſae oriundo.

Animadvertendum, has epigraphas cum hiſtoria illorum temporum optime conſentire, ideoque veritatis veſtigia non ſuſpecta habere. Templum enim S. Thomae Edeſſenum, cui codex primum

Aſſemani Bibl. Or. T. II. p. 74. Ibi Maphriani Iacobitarum ſepeliri ſolebant. Ibid. p. 385. Synodus ibi convocata fuit Seculo VI propter Probi et Ioannis Abatis apoſtaſiam. Ibid. p. 74.

[6] De coenobio S. Mariae Syrorum in deſerto Scetenſi *Aſſem.* B. O. T. I. p. 41. 305.

mum dicatus fuit, iam ab anno DCCV aerae Seleucidarum, quo corpus Apoſtoli Thomae eo transferebatur, celebre fuiſſe intelligitur e chronico Edeſſeno [7]. Eliam, patriarcham Iacobitarum, cuius meminit ſecunda epigraphe anni Chr 718, eo tempore ſedem Antiochenam obtinuiſſe ab Aſſemano [8] et Renaudotio [9] diſcimus. In cuius locum, teſte eodem Aſſemano [10] ſubrogatus fuit Athanaſius, quem tertia laudat epigraphe.

Quae de authentica harum tabularum auctoritate opinio certior etiam apparet, ſi ad diverſam earum ſcriptionem attendimus, quae diverſae aetatis indicio non eſſe non poteſt. Qui enim fieri potuiſſet, ſi librarius aliquis haec omnia ex alio antiquiori exemplo in ſuum tranſtuliſſet, ut varios etiam ſcribendi modos tam diligenter obſervaſſet, atque manum ſuam ad omnes omnium aetatum formas veluti accommodaſſet. Non ſemper igitur valet illud iudicium, quod de antiquitate codicum ferre ſolent eruditi, eos epigraphas ex antiquioribus exemplis ſervatas habere, veram autem aetatem, ut maioris haberentur pretii, latere debuiſſe.

Praeterea eaedem epigraphae, quarum ſpecimina dedimus in Tab. I palaeographiae etiam Syriacae lucem aliquam accendere poſſunt. Nam omnes fere commutationum gradus oculis noſtris ſubiiciunt, quibus vetus illud ſcribendi genus, vulgo Eſtrangelo, ad noſtras usque volubiliores formas deſcendit. Apud veteres Syros, praeter ſplendidam illam ſcripturam, quibus in monumentis publicis utebantur, aliam vulgarem iam in uſu fuiſſe, e prima epigraphe a. 548 colligimus: neque hoc novum penitus et inauditum videri debet, ſed potius aliorum populorum mori conſentaneum, Graecorum

[7] *Aſſemani* Bibl. Orient. T. I. p. 399.

[8] *Aſſemani* Bibl Or T. II. p. 95 ſeq. p. 337.

[9] *Renaudotii* Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum. Pariſ. 1713. 4to. p. 196.

[10] *Aſſemani* l. c. T. II. p. 338.

Digitized by Google

rum nimirum, aliorumque, qui praeter litterarum notas maiores et craſſas, alias minores vulgari uſui inſervientes adhibuerunt. In ceteris autem epigraphis ſcripturae varietas annorum diſcrimini mire reſpondet; quo enim longius aetate diſtant, ut ſecunda a prima, eo maior litterarum deflexio, quo propius accedunt, ut tertia ad ſecundam, eo minor varietas eſſe videtur.

Fallor? an poſſunt hae obſervationes ad hebraica etiam litterarum elementa accommodari? Si enim Syrorum Alphabetum tantis viciſſitudinibus obnoxium fuit, ut per varios gradus ex ܐ formatum fuerit ܐ, e ܬ, ܬ et ܬ rel., id quod e tabulis noſtris apparet: quid impedit, quo minus idem de Hebraico ſtatuamus, antiquiſſimas litterarum formas longe diverſas fuiſſe ab his, quibus nunc utimur, tum Hebraicis, tum Samariticis, et in utrisque veſtigia tantum veteris ſcripturae remanſiſſe?

Sed redeamus. Supereſt, ut variarum lectionum, quibus codex noſter diſcrepat ab editione Schaafiana, ſpecimen adiiciamus, e quo indoles codicis aeſtimetur. Incipit Matth. I, 12: quae antecedunt, a recentiori manu ſunt adiecta.

Matth. I, 19. Schaaf ܘܐܬܪܢܝ Cod. Ms. ܘܐܬܪܢܝ ܗܘܐ
21. S. ܬܐܠܕܝܢ Cod. ܬܠܕ
23. S. ܬܒܛܢ ܘܬܐܠܕܝܢ Cod. ܬܒܛܢ ܘܬܐܠܕ
II, 6. S. ܝܣܪܝܠ Cod. ܐܝܣܪܐܝܠ Eod. modo v. 20. 21. rel.
9. S. ܕܐܬܠܗܘܢ Cod. ܗܘܐ ܕܐܬܠܗܘܢ
III, 4. S. ܘܡܐܟܘܠܬܗ Cod. ܘܡܟܘܠܬܗ
IV, 2. S. ܐܨܛܘܡ Cod. ܨܛܘܡ Rectius Schaaf.
4. S. ܒܠܚܘܕ Cod. ܒܠܚܘܕ ܗܘ, conſentiente codice Guelpherbitano (e collatione cl. Brunſii in Repertorio pro litt. bibl. et orient. T. 15. p. 163).

Matth.

Matth. IV, 6. S. ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ Cod. ܕܐܝ̈ܕܝܗܘܢ graeco non conſentiente.

19. S. ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ Cod. ܕܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ et ſic alibi.

21. S. ܘܚܙܐ ܐܢܘܢ ܝܫܘܥ Cod. omittit nomen ܝܫܘܥ cum graeco, et Codice Guelpherb.

V, 5. S. ܐܪܥܐ Cod. ܠܐܪܥܐ

6. S. ܢܣ̈ܒܥܘܢ Cod. ܢܣܒܥܘܢ

13. Codex ܢܬܕܘܫ et ܬܬܡܠܚ ſine Iod. fin.

17. S. ܠܐ ܕܐܫܪܐ Cod. ܠܐ ܐܬܝܬ ܕܐܫܪܐ cum Graeco et cod. Guelpherb.

19. S. ܗܟܢܐ ܕܢܠܦ Cod. ܕܢܠܦ ܗܟܢܐ ut Cod. Guelph.

20. S. ܬܥܠܘܢ Cod. ܬܥܠ

ib. S. ܠܐ ܐܢ Cod. ܕܠܐ

22. S. ܘܟܠ ܡܢ ܕܢܐܡܪ Cod. ܘܡܢ ܕܢܐܡܪ cum Graeco et cod. Guelph.

24. S. ܬܠܐ ܡܕܒܚܐ Cod. ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ cum Gr. et Guelph.

32. S. ܕܫܒܩ Cod. ܕܫܒܘ

42. S. ܘܡܢ ܕܨܒܐ Cod. ܘܡܢ ܕܒܥܐ ܕܨܒܐ conſentiente Gr.

47. S. ܫܐܠܝܬܘܢ Cod. ܫܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ

VI, 1. S. ܘܐܦ ܠܐ Cod. ܘܐܠܐ

3. S. ܬܕܥ Cod. ܬܐܕܥ

5. S. ܕܢܬܚܙܘܢ Cod. ܐܝܟ ܕܢܬܚܙܘܢ

13. S. ܠܥܠܡ Cod. ܠܥܠܡܝܢ

21. S. ܬܡܢ ܗܘ ܐܦ Cod. ܬܡܢ ܢܗܘܐ ܐܦ cum Gr.

30. S. ܕܚܩܠܐ Cod. ܕܚܩܠܐ

VII, 3. S. ܓܠܐ Cod. ܓܠܐ

11. S. ܕܫܡܝܐ Cod. ܡܢ ܫܡܝܐ

12. S. ܕܢܥܒܕܘܢ Cod. ܢܥܒܕܘܢ ܠܟܘܢ

Matth. VII, 13. S. ܘܪܘܝܚܐ Cod. ܘܐܘܪܚܐ

ib. S. ܕܐܙܠܝܢ ܒܗ̇ Cod. ܕܐܙܠܝܢ ܒܗ cum cod. Guelph.

14. ܐܡܪ deeſt in cod. ut in Guelph.

17. S. ܦܐܪܐ Cod. ܛܒ̈ܐ

23. S. ܕܡܫܠܠܝܢܘܢ Cod. ܕܦܠܚ ܡܫܠܠܝܢܘܢ

25 et 27. S. ܢܫܒܘ Cod. ܢܫܒ

Sufficiant haec, ſpeciminis loco. Optandum eſſet, ut tum hic tum alii verſionis Syriacae codices antiqui diligentius conferrentur, et novus deinde accuratiorque ederetur contextus Syriacus.

II. CODEX EVANGELIORUM SYRIACUS VATICANUS XIII. ANNI DCCXXXVI.

Ducentis annis priori inferior eſt codex Nitrienſis II, inter Syriacos Vaticanos XIII, quatuor Evangelia continens. Deſcribitur in Catalogo Aſſemaniano ſupra laudato P. I. T. II. pag. 36 ſeq. Formam habet folii integri, exaratus antiquis litterarum notis, in membrana craſſiore. Totidem conſtat capitibus, easdemque habet Evangeliorum epigraphas, quam Nitrienſis I, a quo in ceteris etiam non abhorret. Aſſemanus memoriae prodidit, deeſſe in hoc exemplo duo commata Lucae Cap. XXII, 17. 18, in margine tamen reſtituta, fol. 249 a tergo, item hiſtoriam adulterae apud Ioannem cap. VIII. folio 294 [11]. Sed omiſſio iſta huic codici propria habenda non eſt: eadem enim commata in omnibus huius verſionis exemplis deſiderantur. Ceterum, quae in margine ad Lucae cap. XXII reſtituta dicuntur, iterum deleta ſunt, ut legi non poſſint.

Ad calcem codicis epigraphe legitur, volubiliori manu eodem fere modo, quo epigraphe antecedentis exempli, exarata, quae aeram

[11] *Aſſemani* Catalog. Bibl. Apoſt. Vat. l. c. p. 44. 45.

aeram Graecorum MXLVII, vel noſtram DCCCXXXVI exhibet.
— — ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܫܒܥ ܕܝܘܢܝܐ ܒܐܝܠܘܠ
ܒܝܘܡܝ ܚܣܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܪܝ ܬܐܘܕܘܛܐ ܒܐܘܪܝܡܐ ܩܣܛܪܐ
ܕܥܠ ܦܪܬ : . . . . „ Abſolutus eſt hic liber anno Graeco-„ rum MXLVII (Chr. 736) menſe Elul (Septembri) diebus pii „ et ſancti epiſcopi Mar Theodoti, in Urima caſtro ad Euphra-„ tem . . . . [12] " In fronte libri animadvertitur, poſſediſſe illum Abrahamum Hadathae, Meſopotamiae epiſcopum, eumque compegiſſe et exornaſſe anno Graecorum MDXXII (Chriſti 1221) quae adnotatio ſyriace et latine refertur ab Aſſemano.

III. CODEX EVANGELIORUM SYRIACUS FLORENTINUS, DUBIAE AETATIS, SED ANTIQUISSIMUS.

Florentiae in Bibliotheca S. Laurentii, vulgo Medicea, (Pluteo I. cod. 56) aſſervatur antiquus Evangeliorum codex ſyriacus, recenſitus a Stephano Evodio Aſſemano in Bibliothecae Mediceae Laurentianae et Palatinae codicum Mſc. orientalium catalogo Florentiae edito 1742, vel ab Antonio M. Biſcionio in eiusdem bibliothecae catalogo Tomo I, Florentiae edito 1752, pag. 44 ſeq. Continet quatuor Evangelia, foliis 292 membranaceis comprehenſa, exarata, teſte epigraphe, manu calligraphi Rabulae, anno Alexandri DCCCXCVII (Chr. 586) regnante Mauritio Tiberio Imperatore.

Neque Aſſemano, neque aliis, qui codicem laudant, ſuſpecta fuit haec epigraphe, mihi ſuſpicionem movit: iudicent eruditi, an recte. In duabus ultimis libri columnis concluſio habetur, in tres ſectiones diviſa, iisdemque litterarum notis, quibus ipſe codex, *minio* exarata,

12 *Urima* caſtrum eſt in Syria, ad ripam Euphratis iuxta Samoſatam ſitum. *J. S. Aſſemani* Bibl. Or. T. II. diſſert. praeliminar. de Monophyſitis.

exarata, quae tamen aera caret. Inter has, quas laudavimus, ſectiones, litteris minutis, illa epigraphe *atramento* ſcripta, inſerta eſt, quae praeter alia codicem abſolutum fuiſſe teſtatur anno Alexandri 897, die quarto menſis Schebat. ܐܫܬܠܡ - - - ܒܝܘܡ ܐܪܒܥܐ ܒܫܒܛ ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܫܒܥ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ Alio tempore adiecta fuiſſe videtur haec epigraphe, ideoque de aera dubium eſt. Antiquum tamen eſſe hoc Evangeliorum exemplum, tum e maiori litterarum forma, tum ex aliis inſcriptionibus apparet, quarum una, pag. 18, annum Graecorum MCCCCLXV (Chr. 1154) Carſchunice exhibet. Laudantur hae inſcriptiones ab Aſſemano l. c. duabus, ni fallor, omiſſis, quas hoc loco ſupplementi inſtar addam:

ܐܠܗܐ ܒܚܢ ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܐܢܫܘܬܟ ܕܬܬܕܟܪ ܛܒܐ ܥܡ ܟܐܢܐ ܘܥܡ ܩܕܝܫܐ ܠܐܡܬܟ ܕܡܪܝܡ ܒܪܬ
ܐܒܪܗܡ ܢܝܚܐ ܕܗܘܬ ܚܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܠܢ ܠܟܗܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܠܫܡܥܘܢ ܒܙܝܪܐ ܘܡܥܡܪܘܟ ܘܒܣܝܠܝܘܣ ܘܪܘܡܢܘܣ ܘܝܗܒܬ ܠܢ ܟܠ ܫܢܐ ܕܝܢܪܐ
ܘܦ. ܗܘܝ ܗܠܝܢ ܒܫܢܬ ܐܠܦ h. e. „ Deus, ex gratia humanitatis tuae „ bene memineas inter iuſtos et ſanctos ancillae tuae Mariae filiae „ Abrahami quieti, quae ſoror ſpiritualis fuit nobis ſacerdotibus ec„ cleſiae ſanctae Deiparae, Simeoni Baziro, Mamrocho, Baſilio et Ro„ mano, nobisque ſingulis annis dono dedit nummos XVI. Haec „ acciderunt anno 1519. “ (Forte aerae Seleucid. h. e. noſtrae anno 1208.)

ܐܠܗܐ ܒܚܢ ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܐܢܫܘܬܟ ܕܬܬܕܟܪ ܛܒܐ ܥܡ ܟܐܢܐ
ܘܥܡ ܩܕܝܫܐ ܠܐܡܬܟ ܐܣܛܠܕܪ ܒܪܬ ܐܝܣܚܩ ܡܢܘܟܝܐ
ܕܗܘܬ ܚܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܠܢ ܠܟܗܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ .
ܘܝܗܒܬ ܠܢ ܠܟܠܚܕ ܡܢܢ ܕܝܢܪܐ ܗܘܘ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܣܛ
ܡܠܟܘܬܗ ܕܝܘܢܝܐ h. e. „ Deus, ex gratia humanitatis tuae bene me„ mineas inter iuſtos et ſanctos ancillae tuae Stelladar filiae Iſaaci Me-

„ nochi

„ nochi (quieti) quae ſoror ſpiritualis fuit nobis ſacerdotibus eccleſiae „ Deiparae, nobisque quotannis dedit dimidium aureum. Accidit „ anno 1511, die ſemiieiunii.

Ex aliis epigraphis apparet, codicem hunc peculium fuiſſe coenobii S. Ioannis in Zagba (ܒܝܬ ܙܓܒܐ) Meſopotamiae urbe. Seculo XI tranſiit ad coenobium S. Mariae Maiphucenſe, deinde ad coenobium S. Mariae Canubinenſe, e quo anno Ch. 1497 ad Bibliothecam Mediceam translatus fuit.

Praemittuntur Euſebii canones, al. Sed deeſt primum folium Evangelii Matthaei, usque ad cap. I. v. 28. Scripturae ſpecimen exhibet tabula noſtra II.

IV. CODEX EVANGELIORUM SYRIACUS FLORENTINUS. INCERTAE AETATIS.

In eadem bibliotheca Medicea aſſervatur alius Evangeliorum codex Syriacus (Pluteo I. cod. 58) antiquis litterarum notis, minoribus quam praecedens, exaratus, mancus in fine. Ex adnotatione, quae in fronte libri legitur, apparet, eum ſcriptum eſſe a Theodoro quodam, ante Seculum IX. Poſſederunt eum primum archipresbyter Clemens eiusque filii, deinde tranſiit ad monaſterium S. Sergii Hardinenſe, tum ad monaſterium S. Mariae, quod Ianochi eſt, denique ad coenobium S. Mariae Canubinenſe. Aſſemani Catal. Bibl. Mediceae No. 2. Biſcionius p. 57 ſq.

V. CODEX EVANGELIORUM SYR. GUELPHERBYTANUS ANNI DCXXXIV.

Inſignem etiam Evangeliorum codicem ex dono Athanaſii Kircheri poſſidet bibliotheca Ducalis Guelpherbytana. Huius codicis

 recenſione

Digitized by Google

recenſione nunc ſuperſedere poſſum, cum poſt me eum examinaverit et erudite deſcripſerit cl. Bruns in annalibus ſuis litterariis [13] eiusque varietates quoque collegerit in Repertorio biblico, quod duce Eichhornio Ienae prodiit [14]. Hoc tantum animadverto, codicem ſcriptum eſſe anno Graecorum 945 h. e. aerae noſtrae DCXXXIV, in monaſterio Beth-hale [15], ſedente Antiochia Patriarcha Ioanne [16], quae omnia ex epigraphe patent, ad calcem Evangelii Ioannis in forma crucis exarata.

VI. CODEX EVANGELIORUM SYRIACUS S. GERMANI PARISINUS. SECULI VIII.

Antiquus hic Evangeliorum codex peculium eſt Bibliothecae monaſterii S. Germani a pratis Benedictinorum congregationis S. Mauri, Pariſiis, ibique aſſervatur inter codices orientales No. 6. Multis locis laceratus eſt et mancus. Bis quidem expletae ſunt lacunae, tum in membrana, ſcriptura Eſtrangela, tum litteris Neſtorianorum in charta vulgari, ſed multa adhuc deſiderantur; de toto Evangelio Ioanneo ſex tantum capita ſuperſunt, X ad XV.

Praemittuntur epiſtola Euſebii, et canones harmonici, in margine picturis ornati. Sequuntur inſcriptiones nonnullae, quae hiſtoriam codicis aliquo modo illuſtrant. ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܒܟܘܢܫܐ ܩܕܝܫܐ ܕܟܬܒ ܚܛܝܐ ܒܕܘܟܬܐ ܕܡܪܝ ܡܟܝܟܐ cet. „ Hic

[13] Annales litteraiiae 1782. Iulius. p. 1-6.

[14] Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. T. XV. p. 163.

[15] ܒܝܬ ܚܠܐ *Bethhale*, arabice, *Babala*, coenobium apud Haditham, *Aſſemani* Bibl. Or. T. III. p. 160. col. 2. Fundatum a Chodave, celebri in Aſſyria monacho, ſeculo VII ineunte. Ibid. p. 204.

[16] Ioannes I. Patriarcha Iacobitarum ordinatus fuit ab Abrahamo, Niſibia epiſcopo anno Graec. 942. Iubente Amro Saadi filio, Arabum dynaſta, Evangelia e ſyriaco in arabicum ſermonem transtulit. Sedit annos 18. Mortuus anno Graec. 960 et ſepultus Amidae in templo Zoarae. *Aſſemani* B. O. T. II. p. 334. 335.

Digitized by Google

„ Hic codex Evangelii quatuor Evangeliſtarum peculium eſt coeno- „ bii S. Ananiae in monte Maredinenſi “ rel. Celebre fuit hoc Ananiae monaſterium, ſitum haud procul a Marde Meſopotamiae urbe. Nomen obtinuit a reſtauratore Anania, Mardae epiſcopo, qui ab anno Chriſti 793, XXIII annos ibi degit. Sedes fuit Patriarchae Iacobitarum, ab anno Chr. 1166 [17].

Alia epigraphe: ܙܒܢܗ ܒܝ ܠܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܣܟܢܐ ܩܫܝܫܐ ܕܡܢ ܚܘܪܒܫ ܩܣܛܪܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ „ Emit hunc codicem Io- „ annes ſacerdos e caſtro Urbiſch, anno 1342“ (Graec. h. e. aerae vulg. 1031). Recentiori tempore aſſervabatur hic codex in bibliotheca Nicolai Peireſcii, e qua in Coislinianam, et inde in Benedictinorum Bibliothecam tranſiit.

VII. CODEX EVANGELIORUM SYR. ALTDORFINUS INCERTAE AETATIS.

Aetate praecedenti vix cedere videtur codex Altdorfinus, in bibliotheca Academica aſſervatus, membranaceus et nitidus, ſed mancus in fine, a capite XI Evangelii Ioannei, v. 48. Quae deſiderabantur, a recentiori manu in charta turcica exarata ſunt, addita hac epigraphe: ✣ ܟܬܝܒ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܥܘܗܕܢܐ ܕܟܬܘܒܐ ܡܚܝܠܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢܚܐ ܢܦܫܐ ܐܒܘܢܐ ܡܩܕܫܐ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܢ ܝܕܗ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܚܝܠܐ ܠܐܠܗ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܡܢ ܟܠ ܒܥܠ ܠܒܐ ܡܬܬܟܣܝܢ ܗܘ ܢܦܫܐ ܒܐܝܕܝ ܪܒܢ ܡܪܝ ܡܢܚܐ ܐܒܐ ܒܐܝܬܝܐ ܕܟܬܒ ܒܪ ܚܙܩܝ ܕܟܠܢ ܡܢܚܡܝܢ ܕܐܠܗܐ ܒܗ ܐܒܘܢܐ ܒܐܝܕܝܐ ܪܘܚܢܝܐ ܘܡܬܒܪܟܝܢ ܕܐܢܫ ܐܒܘܢܐ ܘܐܒܗܬܢ ܕܐܒܘܢܐ rel. „ Scripta autem ſunt in memoriam ſcriptoris quieti [18] „ huius

[17] *Aſſemani* Bibl. Or. T. II. diſſert. praelim. item 222 al.

[18] *Menocho*, quietus, cognomen fuiſſe videtur, quod honoris cauſſa defunctis dabant fere ut noſtrum, *beatus*. Vide ſupra inſcriptiones codicis III.

„ huius Evangelii, quae ſequuntur: Accipe finem vel ſupplementum „ libri huius ſancti venerandi Evangelii Chriſti Dei noſtri, quatuor „ Evangeliſtarum ſanctorum, anno 1555 Graecorum (Chriſti 1244) „ medio menſe Chaſiran, die quarta hebdomadis (Mercurii) Scrip„ tum autem eſt in Farech loco ſancto, et hoſpitio, per manus pec„ cantes et reas hominis cuiusdam peregrinantis, et minimi inter „ peregrinos" rel. Deinde paucis interiectis: ܘܐܬܠܗ̇ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܗܢܐ ܡܢ ܕܙܒܢ ܗܠܟܘܬ ܕܝܪܝܐ . . . . ܗܘ̇ ܒܛܘܪܥܒܕܝܢ ܡܢ ܟܦܪܣܠܬܐ ܩܢܝܢܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܡܢ ܡܪܗ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܛܝܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ rel. „ Nunc „ vero hoc Evangelium ſanctum peculium eſt Rabban Pauli monachi „ Turabdinenſis e pago Cafarſalta, qui illud emit de eo, quod ex „ gratia Dei habuit." rel. [19]

Aera illa 1244 ad complementum tantum pertinet; prior maiorque pars codicis longe antiquior eſſe videtur. Ceterum emtus fuit Damaſci a P. Michaele Damaſceno, Maronita, ſumtibus Conſulis Fetzeri, et Altdorfiam miſſus.

VIII. CODEX SYRIACUS VATICANUS XXI. PERICOPAS EX ACTIS APOSTOL. ET EPISTOLIS PAULI SELECTAS CONTINENS, ANNI MXLII.

Omnes, quos ſupra recenſui, codices Evangelia tantum continent. Unicum exemplum vidi, quod reliquorum N. T. librorum fragmenta complectitur, codicem Vaticanum XXI, inter codices Syriacos

[19] Laudatur etiam, ſed non explicatur haec epigraphe in exercitatione II. *Io. Erneſti Gerhardi* ad Nov. Teſt. Syr. Ienae edita 1645. 4. ubi codicis Altdorfini aetas examinatur. Nomen oppidi legit ܩܣܪ, loco ܩܣܛܪ, et aeram temere refert 1500 pro 1555. Ibidem obſervatur, Heidelbergenſem bibliothecam nunc Romam translatam codicem Syr. Ms. Novi Teſt. duplo hoc codice antiquiorem poſſediſſe, teſte Rutgero Spey Bopardiano.

Syriacos ab Aſſemano in bibliothecam Vaticanam ex Oriente illatos, quadrageſimum primum; membranaceum, formae quartae, litteris recentibus ſimillimis exaratum. Continet nimirum Pericopas ex Actis Apoſtolorum et epiſtolis Pauli ſelectas, per anni circulum recitandas, item diebus feſtis ſanctorum a menſe Septembri ad Auguſtum, ſecundum ritum eccleſiae Syriacae Patriarchalis Antiochenae, precibus paſſim inſertis. Titulus Syriacus his verbis conſtat: ܒܥܘܕܪܢܐ ܕܡܪܢ ܟܬܒܢܢ ܦܘܪܫ ܩܪܝܢܐ܂ ܕܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝܚܐ ܘܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܩܪ̈ܝܢܐ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ ܠܚܕܒܫܒܐ ܘܫܒܬܐ . ܠܡܥܕ̈ܥܕܐ ܘܠܡܥܕܥܕ̈ܐ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܦܬܚܝܢܢ ܕܝܢ ܡܢ ܚܕܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ h. e. ex verſione Aſſemaniana: „ Ope Domini noſtri ſcribimus diſtinctionem lectionum ex actis Apoſtolorum et ex epiſtolis Pauli Apoſtoli, lectionum ſcilicet per anni circulum, pro Dominicis et Sabbatis et feſtis ſecundum ritum Graecorum, et quidem inde a Dominica Paſſatis. “ Pericopae ex actis Apoſtolorum ordinem capitum huius libri ſequuntur, e. c. pericopa I. continet cap. I. v. 1—8. et 9—12. ſecunda v. 12 ad finem capitis, tertia cap. II. 14—21. quarta cap. II. 22—36. quinta cap. II. 38—43 cet. Reliquae autem pericopae ex epiſtolis Paulinis promiſcue ſumtae ſunt: incipiunt folio 84. Omnium indicem habet Aſſemanus in catalogo bibliothecae Vaticanae.

Celebris ille locus Actor. XX, 28 in hoc codice legitur his verbis, fol. 66. col. 1. ܕܬܪܥܘܢ ܠܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܗܝ ܕܩܢܝܗ̇ ܒܕܡܗ „ ut paſcatis *eccleſiam Dei*, quam acquiſivit ſanguine ſuo “ ubi vulgares Syriacae editiones, cum probatiſſimis exemplis graecis, habent ܠܥܕܬܐ ܕܡܫܝܚܐ *eccleſiam Chriſti.* „ Quod argumento eſt, inquit „ Aſſemanus, non omnia Syriacae vulgatae verſionis exempla eamdem hic lectionem exhibere: adeoque Synodi Diamperienſis et Poſſevini ſuſpicio confirmatur, hunc locum a Neſtorianis primum cor-

 „ ruptum

Digitized by Google

„ ruptum fuiſſe . . . Et Sabarjeſus, presbyter Neſtorianus affirmat, „ Iacobitas pro ܠܥܕܬܐ ܕܡܫܝܚܐ legere ܠܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ, id quod non ſo- „ lum de Heracleenſi (vel Philoxeniana) verſione intelligendum eſt, „ ut T. IV. Bibl. orient. p. 238 exiſtimavimus, ſed etiam de vulgata „ Syriaca, quam Graeci in Syria degentes, Syroque ſermone No- „ vum Teſtamentum in eccleſia recitantes uſurpant, quemadmodum „ ex hoc pervetuſto codice compertum eſt. “ De corruptionibus Neſtorianorum infra: hunc vero locum ab iis corruptum eſſe, non liquet: tuentur enim eandem lectionem, *eccleſiam Chriſti*, plurimi codices graeci. Interim memoria dignum eſt, non omnia exempla Syriaca in hac lectione probanda conſentire.

In epiſtola ad Romanos c. X. 1. legitur: ܨܒܝܢܐ ܕܠܒܝ ܘܒܥܘܬܝ ܚܠܦܝܟܘܢ ܕܬܚܘܢ „ voluntas cordis mei et obſecratio mea *pro vobis*, „ *ut vivatis* “ ubi graeci habent, vel *ὑπερ του Ισραηλ*, vel *ὑπερ αυτων* et reliqui codices Syriaci conſentiunt ܚܠܦܝܗܘܢ ܕܢܚܘܢ *pro illis, ut vivant.*

Ex his exemplis apparet, codicem dignum eſſe, ut diligentius conferatur cum Graeco. Exaratus eſt anno Graecorum 1353, aerae vulgaris 1041 in monaſterio S. Pantaleonis, in monte nigro, in ſuburbio Antiochiae, a presbytero Ioanne Ioſephi filio, ex quo coenobio primum ad monaſterium S. Domitii Antiochiam migravit anno Chr. 1162, deinde ad coenobium S. Mariae in Saidanaja, anno 1182 translatus fuit: quae omnia e quadruplici epigraphe patent, ab Aſſemano in Catal. Bibl. Vaticanae laudata.

Hi ſunt codices verſionis Syrorum vulgaris, quos in Europae Bibliothecis inveni, omnes antiqui, membranacei, vetere litterarum forma

forma exarati. Conferre eos cum graeco contextu, aliis ſtudiis operibusque diſtractus, non potui: alii forte abſolvent, quae ego incepi. In paucis quidem, quae evolvi, locis nullam ab editione Vienneníi diſcrepantiam reperi: deſunt in omnibus commata Lucae cap. XXII. 17. 18. et hiſtoria adulterae Io. VIII. item Lucae XXIV, 13. legitur „ſtadia LX" Matth. XXIII, 35. „Zacharia, Barachiae filius" Matth. XXVII, 16. „Barabba" rel. Sed omnino operae pretium foret, omnia accurate expendere atque examinare, neque acti laboris poeniteret.

CODICES NESTORIANORUM.

Ab illis, quos ſupra recenſuimus, Novi Teſtamenti Syriaci codicibus, tum extrinſecus, tum intrinſecus differunt codices quidam recentiores, qui uſui ſacro Neſtorianorum, in primis Chriſtianorum S. Thomae in India degentium inſerviunt, atque ſingularem verſionis Syriacae recenſionem formare videntur, quam *Neſtorianam* vocabimus. Sex horum codicum inſpicere et examinare nobis licuit, Romae quinque, et unum Amſtelodami. Omnes litteris Neſtorianorum, quae medium tenent inter antiquam et recentem ſcripturam, exarati ſunt, in charta, plerumque bombycina, et aetatem D annorum non ſuperant: ſed ob mutationes quasdam, conſulto et cogitato, uti videtur, immiſſas, memoria digniſſimi. Singulos primum recenſebimus; deinde adnotationes nonnullas adiiciemus.

 I. CO-

I. CODEX N. T. SYR. NESTORIAN. VATICANUS ANNI INCERTI.

Primus, quem examinavi, ſervatur Romae in Bibliotheca Vaticana, inter codices Syriacos XVI, olim inter Syriacos Vaticanos X. Deſcribitur in Catalogo Aſſemaniano, ſaepius laudato, pag. 59 ſeq.

Bombycinus eſt, formae quartae, lineis continuis, vel in columnas non diviſis, exaratus, neque paragraphis vel aliis ſectionibus diſtinctus, niſi quod quatuor punctis rubris in media linea poſitis orationis membra ſeparentur. Tituli librorum omnium minio ſcripti ſunt: primus continet haec verba: ܚܝܠܐ ܣܝܥܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܬܝ ܡܪܢ ܢܥܕܪܢ h. e. „Ope Domini noſtri Ieſu Chriſti incipimus ſcribere li„brum Teſtamenti novi. Primum, Evangelium ſanctum praedica„tionis Matthaei. Adſit nobis Dominus noſter!" In margine leguntur tituli pericoparum, e. c. in initio Evangelii Matthaei ܦܪܫܬܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܩܕܡ ܝܠܕܐ „Pericopa in Dominicam ante Nativita„tem." Praeterea totum novum Teſtamentum in partes vel ſectiones aliquas diviſum eſt, quarum numerus in margine reperitur; in contextu unico puncto indicantur. Hic quidem computus una ſerie producitur ad finem usque totius N. T. ſed tamen numerus ſectionum, qui in ſingulis libris adeſt, ſeorſim adnotatur. *Matthaeus* continet ſectiones vel capita XXII. Sequitur *Marcus* fol. 39. col. 2. praemiſſo titulo ſequenti, ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܬܝ ܕܡܠܠ ܥܒܪܐܝܬ ܒܐܪܥܐ ܕܦܠܣܛܝܢܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܪܩܘܣ h. e. „Explicit „Evangelium ſanctum praedicationis Matthaei, quod Ebraice pro„nuntiavit in Palaeſtina. Evangelium ſanctum praedicationis Marci." Hic liber tredecim habet capita quae prioribus XXII adiecta efficiunt

Digitized by Google

ciunt XXXV, quorum ratio refertur in margine hoc modo

∵ ܠܗ ∵ h. e. 35.

∵ ܝܓ ∵ 13.

Lucas incipit fol. 63, col. 2. his verbis praemiſſis; ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܪܩܘܣ ܕܡܠܠ ܘܐܟܪܙ ܪܗܘܡܐܝܬ ܒܪܗܘܡܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܠܘܩܐ „Explicit Evangelium ſanctum praedicationis Marci, „ quod pronuntiavit et praedicavit latine Romae. Evangelium ſanctum praedicationis Lucae." Capita indicantur in margine, h. m. $\frac{58}{23}$ nimirum 58 inde a primo Matthaei, et 23 a primo Lucae. Sequitur *Ioannes* fol. 116, col. 2. praevio ſolito titulo: ܫܠܡ ܠܘܩܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܠܘܩܐ ܕܡܠܠ ܝܘܢܐܝܬ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܦܫܬܐ ܐܬܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܝܘܚܢܢ „Explicit Evangelium ſanctum praedicationis Lucae, quod „ graece praedicavit Alexandriae. Evangelium ſanctum praedicationis „ Ioannis." Numerus capitum $\frac{78}{20}$, nimirum 78 a primo inde Matthaei, 20 a primo Ioannis. *Acta apoſtolorum* incipiunt fol. 139, col. 2. his verbis praemiſſis: ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܕܡܠܠ ܝܘܢܐܝܬ ܒܐܦܣܘܣ ܟܬܒܐ ܕܦܪܟܣܣ ܕܫܠܝܚܐ „Explicit Evangelium ſanctum Ioannis Evangeliſtae, quod graece praedicavit Epheſi. Liber „ actorum Apoſtolorum." Capitum ratio $\frac{103}{25}$, a primo Matthaei, et ab initio actorum. *Epiſtola Iacobi* praecedenti libro annexa, incipit fol. 183, col. 2. praemiſſo hoc titulo: ܫܠܡ ܦܪܟܣܣ ܕܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܗܢܘ ܕܝܢ ܬܫܥܝܬܗܘܢ ܬܘܒ ܐܓܪܬܐ ܕܝܥܩܘܒ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ „ Finita ſunt geſta apoſtolorum beatorum, h. e. hiſtoriae eorum. „ Sequitur epiſtola Iacobi apoſtoli beati." Numerus capitum $\frac{106}{28}$, nimirum 106 a primo Matthaei, et 28 a primo actorum, quibus inſtar appendicis additur haec epiſtola. Sequitur *epiſtola Petri prima* annexa

Digitized by Google

annexa praecedenti. Capitum numerus: $^{108}_{30}$ a primo Matthaei, et a primo Actorum. Tum *Ioannis prima*: Capita $^{110}_{32}$ a primo Matthaei et a primo Actorum. Deinde novo ordine ſequuntur *epiſtolae Paulinae*, hac praemiſſa epigraphe: ܫܠܡ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܐܓܪܬܐ ܕܦܛܪܘܣ ܘܝܥܩܘܒ ܘܝܘܚܢܢ ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܪܗܘܡܝܐ „ Explicit ope Domini noſtri epiſtola Petri, Iacobi et Ioannis. Ope „ Dei ſcribere incipimus epiſtolas Pauli apoſtoli. Primum, ad Ro- „ manos. “ Haec epiſtola implet capita 120 a primo Matthaei, et 10 ab initio epiſtolae ad finem. Prima ad Corinthios capita 130, a primo Matthaei, et 20 a primo epiſtolae ad Romanos, cui cum reliquis adhaeret. Ad Corinthios II. $^{137}_{27}$, ad Galatas $^{141}_{31}$, ad Epheſios $^{145}_{35}$, ad Philippenſes $^{147}_{37}$, ad Coloſſenſes $^{149}_{39}$, ad Theſſalonicenſes prima $^{151}_{41}$, ſecunda $^{152}_{42}$, ad Timotheum prima $^{155}_{45}$, ſecunda $^{157}_{47}$, ad Titum et Philemonem coniunctae $^{158}_{48}$, ad Ebraeos $^{165}_{55}$, nimirum 165 a primo Matthaei et 48 a primo epiſtolae ad Romanos. Epigraphe: ܫܠܡ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ „ Explicit ope Domini noſtri „ liber Novi Teſtamenti “ rel. Totus codex continet folia 285.

Diſcimus ex hoc librorum ſacrorum catalogo 1. deeſſe in exemplis Neſtorianorum epiſtolas, Petri ſecundam, Ioannis II et III et Iudae, item Apocalypſin. 2. epiſtolas catholicas adhaerere actis apoſtolorum, epiſtolasque Paulinas inſtar unius libri eſſe coniunctas. Sed de his infra.

Ad calcem codicis epigraphe amanuenſis animadvertitur, ſed adeo attrita, ut fere nihil legi poſſit, praeter nomen loci, ubi ſcriptus fuit codex, in coenobio S. Michaëlis prope Muſulam ſive Niniven [20]. Aera codicis, avulſo ultimo folio, forte excidit. Aſſemanus

[20] Muſulae in Meſopotamia eccleſia metropolitana et epiſcopalis fuit Neſtorianorum, teſte Aſſemano in Bibl. Or. T. IV. p. DCCLXIV et DCCLXVI. Coenobium S. Michaëlis prope Muſulam ab eodem laudatur in B. Or. III. p. 266.

nus quidem putat, hunc codicem exaratum fuiſſe medio Seculo XIII, ſed non habet, in quo nitatur.

Adnotationes duas ad grammaticam pertinentes reperi in margine codicis, unam fol. 32, col. 2. his verbis: ܟܠܗܘܢ ܫܡܗܐ ܢܩܒܝܬܐ ܟܬܒܢ ܥܡ ܝܘܕ . . . ܡܦܪܫܬܐ ܕܠܐ ܢܘܩܙܐ ܘܣܘܓܐܐ ܥܡ ܬܪܝܢ ܢܘܩܙܝܢ ܢܩܛܠ ܢܩܒܢ ܩܛܠ h. e. „ Omnia nomina feminini generis ſcribuntur „ cum Iud . . . in Singulari ſine punctis, in Plurali cum duobus „ punctis “ e. c. ܢܩܛܠ rel. Altera a Iacobita quodam huius libri poſſeſſore adiecta fol. 143 ܒܨܚܚܐ ܕܝܠܢ ܝܥܩܘܒܝܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܒܫܘܠܡ ܡܠܬܐ ܢܩܒܝܬܐ ܠܘܬ ܢܣܛܘܪܝܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܝܟ ܐܬܦܬܚܬ ܘܐܬܦܬܚܬ ܘܐܬܩܪܝ ܘܩܪܝܬ h. e. „ In exemplis noſtris, Iacobitarum, exprimitur Iud in fine ver- „ bi feminini generis, non vero apud Neſtorianos, e. c. ܐܬܦܬܚܬ cet.

In Evangelio Matthaei Cap. XXIV. 41 in margine adduntur verba: ܢܗܘܘܢ ܬܪܝܢ ܒܥܪܣܐ ܚܕ ܢܬܕܒܪ ܘܚܕ ܢܫܬܒܩ quae etiam in codice Cantabrigienſi et aliis paucis graece leguntur: *δυο επι κλινης μιας. εἷς παραλαμβανεται, και εἷς αφιεται*: ſed in exemplis Syriacis non reperta fuerunt. In ſequenti codice Neſtorianorum haec verba in ipſum contextum inſerta ſunt.

In Evangelio Marci voces quaedam arabicae animadvertuntur in margine, lectu difficiles, quibus totidem voces ſyriaci contextus explicantur. v. c. cap. I. ad vocem ܘܡܬܡܗܝܢ ܗܘܘ legitur وتعجبون

In Actis Apoſtolorum cap. III. totus verſus 23 omiſſus in contextu, in margine ſuppletur his verbis: ܘܬܗܘܐ ܟܠ ܢܦܫܐ ܐܝܢܐ ܕܠܐ ܬܫܡܥ ܠܢܒܝܐ ܗܘ ܬܐܒܕ Voces arabicae in margine paſſim reperiuntur ut in Marco.

Specimen ſcripturae huius codicis exhibet Tabula noſtra III.

II. CO-

II. CODEX N. T. SYR. NESTORIAN. VATICANUS ANNI MDX.

Secundus N. T. ſyriaci codex ex recenſione Neſtorianorum in eadem bibliotheca Vaticanâ adſervatur, inter codices ſyriacos XVII, inter ſyriacos antiquos Vaticanos IX. Scriptus eſt in charta vulgari, forma octava, litteris Neſtorianorum, lineis continuis. Una ſerie progreditur contextus totius N. T.; librorum tituli minio ſcripti contextui inſerti ſunt, et capitum initia punctis rubris in media linea diſtinguuntur. Librorum ſacrorum ordo, capitum ratio et cetera fere omnia conveniunt cum codice antecedente. Incipit Marcus fol. 66, col. 1. Lucas fol. 105, col. 2. Ioannes fol. 172, 2. Acta f. 231, 2. Epiſtola Iacobi f. 311, 1. Petri I. f. 318, 2. Ioannis I. f. 326, 1. Pauli ad Rom. f. 333, 1. Ad Cor. I. f. 366, 1. Cor. II. f. 387, 1. Ad Galat. f. 403, 2. Epheſ. f. 412, 1. Philip. f. 420, 2. Coloſſ. f. 427, 1. Theſſal. I. f. 432, 2. Theſſal. II. f. 438, 1. Timoth. I. f. 441, 1. Tim. II. f. 448, 1. Tit. f. 453, 1. Philem. f. 456, 2 et ad Ebraeos f. 457, 2. Totus codex habet folia 477.

Epigraphe codicis: ܫܠܡ ܒܥܘܕܪܢ ܗܘ ܪܒܐ ܩܕܝܫܐ ܕܒܗ ܐܬܬܙܝܥ ܘܐܬܢܨܒ
ܘܢܨܒܬܐ ܕܡܠܝܠܐ ܟܠܗܘܢ ܪܘܚܢܝܐ ܘܦܓܪܢܝܐ ܒܥܠܡܐ ܕܬܠܬܐ ܚܝܠܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܡܫܝܚܐ ܠܗܘ
ܕܚܝܠܐ ܐܝܟ ܘܐܦܠܐ ܡܫܬܘܐ ܠܗ ܘܠܐܬܪܢܝܬܐ ܘܡܫܬܒܚ ܥܡܗ ܠܚܩܠܐ ܕܒܝܬ ܡܫܟܢܐ ܒܐܪܙ
ܒܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܬܡܢܡܐܐ ܕܗܘܝܘ ܡܚܝܠܘܬܐ ܕܝܘܡܬܐ ܢܦܫ ܒܡܚܝܠܘܬܐ ܕܒܝܫܘܬܐ ܘܡܟܝܟܘܬܐ
ܥܒܝܕܐ ܕܠܐܠܗܐ ܡܫܝܚܝܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܫܡܐ ܕܗܘܝܘ ܒܪܢܫܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܬܟܢܝ ܒܠܐ
ܥܡ ܡܢܗ ܐܬܟܬܒ ܡܫܝܚܐ ܕܡܠܟܐ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܫܡܝܐ ܕܡܬܩܪܝܢܐ ܘܐܦ ܠܒ ܗܢܐ ܐܬܟܬܒ
ܐܝܟ ܘܐܦܠܐ ܘܐܬܬܢܝܚܬ ܐܝܟ ܘܐܦܠܐ ܕܢܗܘܐ ܠܐܠܗܐ ܠܫܠܡܐ ܘܫܘܒܚܐ ܡܠܟܐ ܠܗ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ
ܒܠܒܘܬܐ ܕܫܠܡܐ ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܐܠܐ ܚܝܠܐ ܘܐܬܬܢܝܚ ܡܫܝܚܐ ܕܫܡܗ ܐܬܩܪܝ ܕܗܘܝܘ
rel. h. e. e verſione Aſſemaniana: „Explicit ope ſancti illius numi-„nis, quo motus et germina rationalium omnium tam ſpiritualium „quam

„ quam corporalium continentur, liber ſancti N. T. Laus ei, qui „ virtutem dedit, etiam, Amen. Anno benedicto graecorum 1821 „ die 6 Adar" (6 Martii, a. Chr. 1510) „ feria quarta, quae eſt „ dimidium ieiunii magni, in benedicta et celebri civitate Schigala „ quae et Crongalor [21] appellatur, in Malabaria Indiarum regione, „ in S. Eccleſia, quae nomini S. Thomae Apoſtoli dicata eſt, cuius „ oratio coetum fidelium et me quoque adiuvet, etiam, Amen. „ Benedictus Deus in ſeculum et laudabile nomen eius in generatio- „ nem generationum. Exaravit hunc ſacrum librum peccator pe- „ regrinus et delinquens, Iacobus nomine, Indiarum epiſcopus" cet. Reliqua lege apud Aſſemanum in Catal. Bibl. Vat. p. 61 ſqq.

Specimen ſcripturae exhibet Tabula III.

III. CODEX EPISTOLARUM PAULI SYR. NESTOR. VATIC. ANNI MCCCI.

Tertium codicem ſyriacum Neſtorianorum in eadem bibliotheca Vaticana reperi, inter ſyriacos XXII, et ſyriacos antiquos XII. Hic vero continet cantiones ſacras et pericopas ex epiſtolis S. Pauli collectas, per anni circulum in coetu ſacro recitandas, et quidem, ut ab amanuenſi ad calcem codicis animadvertitur, ſecundum ritum Chaldaeorum Neſtorianorum, qui in eccleſia Cochenſi ܕܟܘܟܐ Seleuciae nimirum et Cteſiphontis viget, ubi ſedes eſt Patriarchae orientalium Chaldaeorum. Exaratus eſt in charta bombycina, litteris Neſtorianorum, et folia continet 94. Indicem omnium pericoparum refert Aſſemanus in recenſione huius codicis, in Catal. Bibl. Vat. p. 174 ſqq. E. c. pericopa prima inſcribitur: ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܡܝܐ ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ

[21] *Crongalor* et *Cranganor* Malabariae urbs, una eſt earum urbium, in quibus Chriſtiani S. Thomae commorantur. Aſſem. Bibl. Or. III. p. 594. IV. p. CCCCXL.

[illegible] „Dominica I annunciationis. Paulus apoſtolus in epiſtola ad Romanos." Incipit: [illegible] Rom. III. 21 ad c. IV. 2. Vox ܐܚܝ *mi fratres* ſingulis pericopis praemittitur.

Epigraphen quoque habet Aſſemanus, cuius ſumma haec eſt: [illegible] h. e. „Exaratus eſt ſanctus hic liber in civitate regia, „ nota et celebri Schengala (Crongalor) quae in Malabaria, Indiae „ ditione, ſita eſt, in eccleſia, quae nomini S. Cyriaci inclyti Martyris dicata eſt, ... cum eſſet gubernator magnus, tenens clavum S. eccleſiae catholicae Orientis . . . Mar Iaballaha V, Turcus [22], Catholicus, Patriarcha Orientis . . . et Mar Iacobus epiſcopus Metropolita, praeſes et rector S. ſedis divi Thomae apoſtoli, h. e. praeſes noſter et totius eccleſiae Chriſtianitatis Indicae . . . Abſolutus eſt hic liber ſanctus integre et perfecte, feria 4, die . . . menſis Chaſiran (Iunii) anno Graecorum 1612 (Chr. 1301)."

IV. CO-

[22] Iaballaha e genere Turcorum in regione Cataie natus, Patriarcha Neſtorianorum conſecratus fuit a. graec. 1593 (1281) Obiit 1629 (1317) *Aſſemani* B. Or. III, 620.

IV. CODEX EPISTOL. PAULI SYRO-ARABICUS NESTOR. VATIC. ANNI INCERTI.

Quartus, quem perluſtravi, Neſtorianorum codex eſt ſyro-arabicus, inter codices ſyriacos Vaticanos numero XXIII, chartaceus, formae quartae, in duas columnas diſpoſitus; continet pericopas ex epiſtolis Pauli ſelectas eodem ordine, quam praecedens codex III. nimirum ſecundum ritum Chaldaeorum Neſtorianorum, qui in ſuperiori Abrahami et Gabrielis coenobio, haud procul ab urbe Moſul, ad Tigrim poſito ſervatur, quod alibi coenobium SS. Michaëlis et Gabrielis nuncupatur, et ſupra laudatum fuit in epigraphe codicis primi Neſtorianorum. Catalogum pericoparum dedit Aſſemanus in Catalogo Bibl. Vat. l. c. p. 189 ſqq. Ultima Codicis folia, una cum epigraphe deciderunt.

Verſio arabica, quae ſyriaco contextui e regione oppoſita reperitur, differt a vulgari, et Neſtorianorum propria eſt et particularis, paraphraſis potius quam interpretatio, et gloſſis referta. Speciminis loco pericopen in feriam V Paſſatis, ex epiſtola I ad Corinthios cum eruditis communicabo, addita latina interpretatione.

ليوم خميس الفصخ من رسالة فولوس
الرسول الي القورنتانيين * يقول يا
اخوه ان فصحنا وضحيتنا نحن يا
معشر المومنين * انما هو السيد
المسيح الذي نحر صلبنا بسببنا
لخلاصنا ولذلك نتخذ سر تعييد
عيدنا * ليس بالخمير اليهودي
العتيق ولا بخمير الشرارة والسخط
والمرارة * بل بخمير التقديس والنقي

Feria V Paſſatis. Ex Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Corinthios. (1 Cor. v. 7.) Mi fratres, inquit, Paſſa et ſacrificium nos quoque habemus, o eccleſia fidelium: hoc eſt Dominus Chriſtus, qui immolatus eſt in cruce propter nos, ut nos ſervaret. (v. 8.) Proinde accipiamus myſterium et feſtum noſtrum agamus, non quidem fermento Iudaico antiquo, neque fermento malitiae, iracundiae et amaritudinis, ſed fermento ſanctificationis et inno-

Digitized by Google

والطهارة * واقول هذا كما يقال
للحكما واحكموا انتم فيما اقول ،
ارايتم كاس الشكر والاعتراف الذي
نباركه ، اليس انما هو مشارك لدم
السيد المسيح (*) .... * وخبز القربان
الذي نكسره ونقربه ، اليس انما هو
مشارك لجسد السيد المسيح الذي
اعطاه لتلاميذه ، فكما ان ذلك الخبز
وجسد سيدنا بالايمان شي واحد كذلك
كلنا انما نحن جسد واحد به *
لانا بجملتنا انما ناخذ من ذلك
خبز القربان الواحد * وذلك اني
قبلت من انجيل سيدنا .... (*)
ذلك الشي الذي عهدته اليكم ،
وهو ان السيد المخلص في
تلك الليله التي دفع فيها الي موت ،
كان اخذ خبزا وبارك عليه وكسر ،
وقرب لتلاميذه وقال خذوا فكلوا سر
الحياه ، هذا هو جسدي الذي يكسر
ويقسم من اجلكم * وكذلك كونوا
افعلوا اذا اردتم تذكروني باتخاذ
سري * كذلك من بعد ما تعشوا ،
ناولهم كاسا ايضا وقال ، هذا الكاس
هو الميثاق الجديد بدمي المسفوك
لحياه المومنين هكذا كونوا افعلوا

innocentiae et puritatis. (Cap. X, 15.) Haec loquor ut prudentibus: vos autem prudenter iudicate, quod loquor (v. 16.) Videtisne calicem gratiarum actionis et confeſſionis, quem conſacramus? Nonne hic conſors eſt ſanguini Domini Chriſti? . . . . . Et panis ſacrificii, quem frangimus et offerimus, nonne hic conſors eſt corpori Domini Chriſti, quod dedit diſcipulis ſuis? (v. 17.) Sicuti autem hic panis et corpus Domini noſtri fide eſt una res: ita nos omnes corpus unum ſumus in eo; quoniam omnes participes ſumus huius unius ſacrificii panis. (Cap. XI, 23.) Haec accepi ab Evangelio Domini noſtri, ... quae vobis trado: Dominus ſervator, qua nocte morti traditus fuit, accepit panem (v. 24.) et conſacravit illum et fregit, et dedit diſcipulis ſuis, et dixit: ſumite, comedite myſterium vitae. Hoc eſt corpus meum, quod frangetur et partietur propter vos. Idem faciatis, ſi mei recordari velitis, participes facti myſterii mei. (v. 25.) Similiter poſtquam coenarunt, obtulit illis iterum calicem et dixit: hic calix eſt teſtamentum novum in meo ſanguine effuſo ad vitam fidelium. Hoc facitote, quoties bibetis de calice, et accipietis ſacrificium, ad mei memoriam. (v. 26.) Vos igitur, quotieſcumque hoc pane ſacrificii veſcemini;

(*) Voces lectu difficiles.

Digitized by Google

كلما شربتم الكاس واخذتم القربان
لذكري * وانتم فكلما اكلتم هذا
خبز القربان وشربتم هذا الكاس
النقاي ، فانتم انما تذكرون بذلك
موت سيدنا بسببكم الي يوم جيانه *
فاي انسان الان اكل من خبز قربان
جسد سيدنا وشرب من كاس نقاي
دمه ولم يكن لهلا له حسن الاعتقاد
فيه ، فقد شجب لدم سيدنا وجسده
وخاب واستحق العقاب * ولذلك
فليكن المرء يختبر نفسه ويخلص
ضميره واعتقاده ، وحينيذ فلياكل
من هذا خبز القربان ويشرب من هذا
كاس النقاي * فان من اكل
وشرب من هذين ولم يكن مستحقا
لهما لسو اعتقاده ، فانما ياكل
ويشرب شجبا لنفسه وعذابا ، ان لم
يميز جسد الرب بشريف اسراره ،
ولذلك قد كثر فيكم المرضي
والمسقومون ، وكثر الذين
يرقدون *

mini, et hoc poculum purificationis bibetis, memineritis mortis Domini noſtri, (quam) veſtri cauſa (paſſus eſt) usque ad diem adventus eius. (v. 27.) Quicunque autem comederit de pane ſacrificii, corpore Domini noſtri, et biberit de calice purificationis, ſanguine eius, non vero mitis et placidus eſt, ut ei appareat pulchritudo fidei in eum: exitio dat ſanguinem Domini noſtri et corpus eius, et ſeclufus eſt (a fructu percipiendo) et poenam commeretur. (v. 28.) Proinde exploret homo ſe ipſum, et mundet animi ſui conceptus et fidem ſuam, et tum de pane illo ſacrificii edat, et de hoc calice purificationis bibat. (v. 29.) Quicunque autem de illis edit et bibit, nec iis dignus eſt propter malam ſuam fidem: perniciem ſibi comedit et bibit atque ſupplicium, quia non diſcrevit corpus Domini in ſublimi eius myſterio. (v. 30.) Propterea apud vos multi ſunt aegroti et infirmi, et multi qui dormiunt.

Propria huic codici lectio eſt additamentum in loco illo Paulino 1 Tim. III, 16: „et ad dextram ſolii Dei ſedet" de quo infra.

V. CODEX EVANGELIORUM SYR. NESTOR. IN COLLEGIO ROMANO DE PROPAGANDA FIDE, ANNI MDLXXVII.

Quintum Neſtorianorum codicem Romae in Bibliotheca S. Collegii de propaganda fide, Borgia Praeſule ill. meique amantiſſimo aditum aperiente, inſpexi, recentiorem quidem ſed ſplendidum, for-

ma

Digitized by Google

ma maxima, nitidiſſimis, quos umquam vidi, litterarum elementis, ad modum Neſtorianorum formatis, exaratus in charta bombycina; cuius ſpecimen in Tabula IV exhibemus. Continet pericopas evangelicas per anni circulum in eccleſia recitandas, ſecundum ritum Muſulenſem Neſtorianorum, id quod e titulo intelligitur: ܒܚܝܠ ܡܫܝܚܐ ܘܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ: ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܣܓܝܕܐ ܕܦܪܝܫ ܕܡܬܩܪܝܢ ܒܚܕܒܫܒܐ ܘܒܥܐܕܐ ܘܒܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝ̈ܫܐ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܡܘܨܠܝܐ h. e. „Ope Domini noſtri Ieſu Chriſti incipimus ſcribere librum S. „Evangelii adorabilis diſtinctum in pericopas, diebus Dominicis et „diebus feſtis, et in commemoratione ſanctorum recitandas, ſecun„dum ritum Muſulenſem [23]." Pericope prima in primam dominicam annunciationis ܕܣܘܒܪܐ (Neſtoriani enim ab hac Dominica, quae quarta eſt ante Nativitatem, annum ſuum eccleſiaſticum auſpicantur [24]) ſumta eſt ex Evangelio Lucae c. I, 1—25. ſecunda in ſecundam annunciationis e Lucae c. I, 26—56 tertia in tertiam annunciationis e Lucae c. I, 57—80 quarta in quartam annunciationis e Matthaeo c. I, 18—25 in cuius fine crucis imago cernitur, multis coloribus picta, et hoc titulo ornata ܒܟ ܒܥܠܕܒܒܝܢ ܢܕܩܘܪ „Te „cum inimicos noſtros percutimus," item, ܨܠܘ ܥܠ ܕܘܝܐ ܚܒܝܠܐ „orate pro miſero, perdito." Quinta pericope in feſtum Nativitatis Chriſti e Luca, II, 1—20. ſexta in 1 Dom. poſt nativit. e Matthaeo II, 1—18 ſeptima in commemorationem S. Mariae e Matthaeo I, 1—25 reliqua. Ante pericopen in Dom. Palmarum ܕܐܘܫܥܢܐ ܕܫܥܢܐ recitandam alia reperitur imago: Chriſtus nimirum aſino vehens et a duobus diſcipulis comitatus, ab utroque latere arbor, e cuius capite homo ramos avulſos in viam proiicit, item pueri duo,

[23] De Muſul, Neſtorianorum ſede, vid. adnot. ad cod. I.

[24] Aſſemani Catal. Bibl. Vat. Tom. II. pag. 457.

duo, qui pannos expandunt in via: titulus ܛܘܪ ܙܝܬܐ *mons olearum.*

Ad calcem multa leguntur adnotata, quorum praecipua ſunt, quae ſequuntur: . . . ܐܝܟ ܛܟܣܐ ܕܥܕܬܐ ܠܡܕܢܚܝܐ ܕܡܬܬܚܫܚ ܒܥܕܬܐ ܕܡܘܨܠ . . . . ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܡܢܐ ܕܝܘܢܝܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܡܣܠܩܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܠܗܘܢ ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܚܡܫܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܫܬ ܕܥܪܒܝܐ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫ . . . ܒܝܘܡ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܒܗ ܀ „ſecundum ritum qui „ uſurpatur in eccleſiis Muſulenſibus . . . anno Graecorum 1888 „ anno poſt aſcenſionem Chriſti 1546, anno Muhammedanorum 985 „ die 24 menſis Ramadan.“ Neſcio cuius generis ſit aera illa poſt aſcenſionem Chriſti; vulgari non reſpondet; annus enim graecorum 1888 aeque ac Muhammedanorum 985 incidit in annum aerae vulgaris 1577.

VI. CODEX N. T. SYR. NESTOR. AMSTELODAMENSIS ANNI MDCC.

Ultimum Neſtorianorum codicem, quem mihi inſpicere contigit, adſervat Bibliotheca Gymnaſii Amſtelodamenſis. Hic codex olim fuit Caroli Schaafii, qui abſoluta novi Teſtamenti editione, commercium litterarium inierat cum epiſcopo Chriſtianorum S. Thomae Malabarenſium, a quo, editionis ſuae exemplo dono transmiſſo, hunc codicem manu ſcriptum ut *ἀντίδωρον* accepit. Servatur in eadem capſa, in qua Lugdunum miſſus fuit, una cum quatuor epiſtolis ſyriacis [25], hac occaſione ab Epiſcopo Malabarenſi datis ad Schaafium, annis 1715 et 1718, in quibus hoc titulo utitur epiſcopus:

ܘܠ

[25] Epiſtola Schaafii ad epiſcopum Malabarenſem data a. 1713, in qua exemplum Bibliorum Syriacorum ab Indis petit, una cum alia epiſtola ſyriaca huius epiſcopi impreſſa fuit Lugduni Batavorum, anno 1714. 4to.

Digitized by Google

ܝܗ ܒܫܡ ܐܝܬܝܐ ܡܬܘܡܝܐ ܟܐܝܒ ܐܩܢܘܡܐ ܬܐܘܡܐ ܡܚܝܠܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ ܕܗܢܕܘ
ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܥܬܝܩ̈ܐ ܘܫܪܝܪ̈ܐ „Iah! (nomen Dei) in nomine Entis aeterni, afflicti ſubſiſtentiae.[26] Thomas infirmus epiſcopus Syrorum Indiae, Chriſtianorum veterum verorumque.“ Scriptus eſt codex litteris Neſtorianorum, in forma quarta, et ſequentes libros ſacros, hoc ordine, continet: Evangelia IV, acta Apoſtolorum, epiſtolam Iacobi, primam Ioannis, primam Petri, et epiſtolas Pauli omnes: deſiderantur, ut in ceteris codicibus, epiſtola II et III Ioannis, II Petri, et apocalypſis Ioannea. Incipit his verbis: ܒܚܝܠܗ ܕܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܬܝ ܡܪܝ ܥܕܪܝܢܝ „Ope Domini noſtri Ieſu Chriſti incipimus ſcribere Evangelium ſanctum praedicationis Matthaei. Dominus noſter mihi adſit!“ Ad calcem epiſtolae ad Hebraeos legitur epigraphe, his verbis: ܐܫܬܠܡܬ
ܘܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܕܠܘܬ ܥܒܪ̈ܝܐ ܒܫܢܬ ܕܡܪܢ ܐܠܦ ܘܫܒܥܡܐܐ rel. „Scripta et abſoluta fuit haec epiſtola ad Hebraeos anno Domini MDCC.“ rel.

OBSERVATIONES
IN HOS CODICES NESTORIANORUM.

Praemiſſa codicum Neſtorianorum deſcriptione, iam de indole huius novi Teſtamenti recenſionis agendum eſt, ubi pro more noſtro ea tantum et quidem paucis afferremus, quae in volvendis et revolvendis codicibus noſtris oculis obſervavimus.

I. Contextus horum codicum eſt verſio antiqua Syrorum, vulgo *Simplex.* Deeſt hiſtoria adulterae, ut in codicibus verſionis ſimplicis,

[26] Ratio huius epitheti eſſe videtur metropolita quidam Neſtorianus, nomine Gabriel, quem Epiſcopus Indiae his ipſis litteris dolet, haeretica ſua doctrina de duabus in Chriſto ſubſiſtentiis ſive perſonis eccleſiam Malabaricam afflixiſſe.

cis, a capite Io. VII, 53 ad VIII, 11. Deſideratur quoque comma illud Ioanneum in Epiſt. I. c. V. 7. quod tamen in codice Amſtelodamenſi margini appoſitum reperitur his verbis: ܒܫܡܝܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܬܠܬܝܗܘܢ ܚܕ ܐܢܘܢ ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܬܠܬܐ ܣܗܕܝܢ ܒܐܪܥܐ „ in coelo, pater et filius et ſpiritus ſanctus, et hi tres in uno ſunt. „ Et ſunt tres teſtes in terra" quae verba inſerenda ſunt contextui, poſt illa commatis octavi ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܬܠܬܐ ܣܗܕܝܢ „ Et ſunt tres te- „ ſtes." Idem comma deeſt in omnibus verſionis ſimplicis codicibus, item in antiquis editionibus; Tremellius illud primum de ſuo margini adiecit, unde a Gutbierio et Schaaſio in contextum receptum fuit. Adeſt autem in his Neſtorianorum voluminibus, ut in verſione ſyriaca vulgati, verſus ſuſpectus de commotione aquarum Bethesdae Ioan. V. 4. qui in verſione Philoxeniana aſteriſco notatur vel obelo. Nomen latronis legitur ܒܪ ܐܒܐ „ Barabba" Matth. XXVII. et Emmaus diſtare dicitur ab Hieroſolyma ſtadiis LX, ut in ſimplici, ubi Hieroſolymitana habet Ieſus Barrabban, et ſtadia CLX. Integra denique capita contuli cum verſione ſimplici, ſed nullas niſi forte orthographiae diſcrepantias animadverti.

Adhibent itaque Neſtoriani uſui ſuo ſacro verſionem ſyriacam antiquam, non vero *Carcuſenſem*, quam illis ex auctoritate Gregorii Barhebraei tribuere voluit ill. Michaëlis. Imo haec Carcuſenſis ܩܪܩܦܬܐ nobis non verſio diverſa, ſed codex quidam inſignis vulgatae ſyriacae verſionis fuiſſe videtur. Quod vel ex iis varietatibus patet, quae a Gregorio laudantur. Refert e. c. ad Pſalmum CXXXVI, 1. in exemplo Carcuſenſi ܠܡܪܐܠܗܝܢ legi, pro ܠܡܪܐܠܗܢ illamque lectionem ut grammaticae minus conformem reprobat. Item ad Pſ. CVII, 23 obſervat, pro ܥܒܕܐ ܥܒ̈ܕܝ „ gerentes negotium" ܥܒܪܐ ܥܒ̈ܪܝ „ transeuntes transeundo" legi cum Riſch, neque hanc conſtare lectionem.

tionem. En verba eius: ܡܦܩܢܐ ܠܥܣܪ ܒܟܬܒܐ ܒܢܝܢܐ ܘܠܐ ܢܫܬܠܛ [27]. Quae certe non ſunt lectiones verſionis diverſae, ſed codicis cuiusdum verſionis vulgatae varietates. Ceterum Carcufenſe exemplar nomen habet a Carcuf ܟܪܟܘܦ, قرقوب, Meſopotamiae urbe, ut putat Müllerus [28], vel ut aliis placet, a ܩܪܩܦܐ caput montis, quod proprium fuerit incolis montium.

II. Canonem Neſtorianorum parum differre ab illo, quem ceteri Syri Chriſtiani receperunt, ex his N. T. voluminibus diſcimus. Deſiderantur in indice librorum ſacrorum, ut vulgo apud Syros, epiſtolae ſecunda et tertia Ioannis, ſecunda Petri, Iudae, et Apocalypſis: conſentiente Ebedieſu Neſtoriano, mortuo a. 1318, in catalogo ſcriptorum ſyriacorum apud Aſſemanum in bibliotheca Orientali. Connectuntur autem alii libri, qui vulgo ſeparari ſolent, nimirum, acta apoſtolorum cum epiſtolis catholicis, item epiſtolae Pauli inter ſe cohaerent. Dividitur hoc modo totum novi Teſtamenti corpus in tres partes, quarum prima continet Evangelia, ſecunda apoſtolorum acta, quibus additae ſunt epiſtolae catholicae, tertia epiſtolas Paulinas. In veteri quoque teſtamento, ut obiter haec animadvertam, alium librorum ordinem ſervant Neſtoriani. Dividunt illud in quatuor partes; prima inſcribitur ܟܬܒܐ ܕܐܘܪܝܬܐ „liber legis," et Pentateuchum continet; ſecunda hoc titulo ܟܬܒܐ ܡܫܠܡܢܐ ܕܒܝܬ ܕܝܢܐ h. e. „liber integer Iudicum," complectitur libros: Ioſuae (in quo tamen, teſte Aſſemano [29] deſunt commata 18 a commate 8 capitis I. ad comma 7 cap. II. quae vulgata Syriaca habet) Iudicum, Samuelis (quo continentur libri II Samuelis et II Regum) librum regum filiorum Iſraëlis (hoc modo nuncupantur libri chronicorum) ſapientiam vel proverbia

[27] *Andr. Mülleri* diſſertationes duae de Moſe Mardeno, et de ſyriacis libr. ſacr. verſionibus, Colon. Brandenb. 1673. 4to. p. 40.

[28] Conf. *Herbelot* in voce Carcub.

[29] *Aſſemani* catalog. Bibl. Vatic. T. I. P. II. pag. 7.

verbia Salomonis, ſapientiam filii Sirae, Coheleth, Ruth, canticum canticorum, Iobum, et appendicis inſtar hiſtoriam Suſannae; pars tertia autem eſt ܟܬܒܐ ܕܢܒܝܐ „liber Prophetarum," in quo continentur hoc ordine, Ieſaias, Hoſea, Ioël, Amos, Obadia, Iona, Micha, Nahum, Habacuc, Sophonia, Haggai, Zacharia, Maleachi, Ieremia eiusdemque threni, Ezechiel [10], Daniel cum additamentis quibusdam apocryphis, et veluti appendix, hiſtoria Beli et draconis. Hic librorum ſacrorum ordo obtinet in codicibus Neſtorianis bibliothecae Vaticanae, inter Syriacos II. III. IV. Pſalmi Davidis partem quartam efficiunt, inſcriptam: ܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪܘܗܝ ܕܕܘܝܕ „volumen „canticorum Davidis." Deſunt igitur libri Eſrae et Nehemiae, niſi forte libro hiſtorico cuidam adiecti ſint, item Eſtherae liber, quem Neſtoriani, ut recte obſervatur in actis ſynodi Diamperienſis, tamquam ſuſpectum reiiciunt. In eo autem fallitur ſynodus, quod Neſtorianos de reiecto libro Sirae reprehendat: ſynodus illa convocabatur anno 1599, codices vero Vaticani, in quibus liber Sirae adeſt, ſynodo ſunt antiquiores, exarati nimirum annis 1556 et 1558. Ceteri autem, qui ab Ebedieſu in ſacrum codicem recipiuntur, libri apocryphi, Iudith, Tobia, Baruch, hic deſiderantur.

III. Maxima huius Neſtorianorum recenſionis diſcrepantia in eo conſiſtit, quod loca nonnulla ſacri contextus ad dogmata Neſtorianorum vel Eutychianorum accommodata videantur. Iam a ſynodo Diamperienſi [11] corruptionis ſacri codicis accuſati fuerunt Chriſtiani S. Thomae, qui ſectam et inſtituta Neſtorii ſequuntur. Deeſſe enim in

[10] Ex errore typographi omiſſum fuit Ezechielis nomen in catalogo librorum ſacrorum Neſtoriano, quem in hiſtoria itineris mei germanice edita a. 1783, publicaveram. hoc itaque ſupplendum.

[11] Habita fuit haec ſynodus Diamperi in India orientali anno 1599 ſedente Romae Papa Clemente VIII. Ex eadem regione plurimi horum codicum Romam tranſlati fuerunt.

in eorum voluminibus librum Eſtherae, hiſtoriam Tobiae et ſapientiam Siracidis, (quae tamen in hebraicis etiam deſunt) et in novo Teſtamento epiſtolam II Petri, duas Ioannis, Iudae unam, et apocalypſin, item hiſtoriam mulieris adulterae et teſtimonium Ioanneum de tribus in coelo teſtibus (quae tamen omnia in aliis quoque exemplis Syriacis deſiderantur). In Evangelio Lucae cap. X. 1. apud eos legi, Ieſum LXX miſiſſe diſcipulos, cum tamen ex auctoritate vulgatae latinae verſionis miſiſſet LXXII. Matth. X. 13 doxologiam addi, quam vulgata et patres latini omittant. In epiſtola I Ioannis cap. IV. 3 deeſſe additamentum vulgatae „qui ſolvit Ieſum, ex Deo non eſt.“ Porro 1 Io. III. 16 temere legi: „ex eo cognovimus amorem Chriſti“ pro: „amorem Dei“. Actor XX, 28. „eccleſia Chriſti“ pro: „eccleſia Dei“ Et denique Hebr. II. 9. „per gratiam Dei praeter Deum“ pro: „per gratiam Dei [32]“ Quae licet fere omnia ad fidem vulgati interpretis, non vero hebraicae vel graecae veritatis, diiudicata ſint et accommodata: non tamen omni culpa vacare videntur Neſtoriani. Taceam eas mutationes, quae in nonnullis graecis codicibus quoque reperiuntur, veluti Act. XX. 28 „paſcatis eccleſiam Chriſti“ pro recepto, „Dei“ licet codex antiquiſſimus ſyriacus ſupra laudatus [33] hanc ultimam lectionem tueatur: aliae tamen ſuperſunt, quae Neſtorianis propriae ſunt et peculiares.

1 Cor. V. 8. Noſtri ſoli habent: ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܥܒܕ ܥܐܕܐ . ܠܐ ܒܚܡܝܪܐ ܥܬܝܩܐ . ܘܠܐ ܒܚܡܝܪܐ ܕܒܝܫܘܬܐ ܘܡܪܝܪܘܬܐ . ܐܠܐ ܒܚܡܝܪܐ ܕܕܟܝܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ . „Propterea feſtum agamus, non „vetere fermento, neque malitiae et amaritudinis fermento, ſed fer„mento puritatis ſanctitatiſque“ quae in paraphraſi arabica codicis

IV

[32] *Io. Domin. Manſi* S. conciliorum collectio magna. Lucae 1752 T. VI. pag. 23 ſeq.

[33] Codex VIII inter noſtros, ſupra laudatus pag. 17.

IV hoc modo explicantur, „ non fermento Iudaico antiquo, neque „ fermento malitiae, iracundiae et amaritudinis, ſed fermento ſancti- „ ficationis et innocentiae et puritatis. “ Haec lectio in nullo, quod ſciam, reperitur codice graeco, neque in commentariis patrum, neque in verſione antiqua Syrorum vel aliis Bibliorum verſionibus animadvertitur, ſola Arabica Erpeniana excepta, quae tamen, ut optime aſſerit ill. Michaëlis [34] non modo Syriacae eſt filia, ſed ſaepius quoque ex huius exemplis interpolata [35]. Neſtoriani autem, ut Iacobitae, Armeni, Çoptae plurimique Chriſtiani Orientis, in ſacra coena pane fermentato utuntur, quam forte ob cauſam pro εν αζυμοις hoc loco ponere maluerunt, εν ζυμη.

Ebr. II. 9. legunt: ܗܘ ܓܝܪ ܣܛܪ ܡܢ ܐܠܗܐ ܚܠܦ ܟܠܢܫ ܛܥܡ ܡܘܬܐ „ ipſe enim praeter Deum pro omnibus guſtavit mortem “ quae verba in paraphraſi arabica codicis IV hoc modo explicantur: ولانه هو بناسوته دون لاهوته الذي اخذه حجابه لقدرته ذاق الموت عن جميع الناس „ ipſe in ſua humanitate, praeter divinitatem ſuam, quam „ (ſc. humanitatam) veluti maieſtatis ſuae velamen aſſumſerat, pro „ omnibus hominibus guſtavit mortem. “ Quae lectio, χωρις θεου, pro χαριτι θεου, in unico tantum graeco codice obvia, a patribus graecis Neſtorianis diſerte tribuitur. Non vero adfuit in antiqua verſione Syriaca, quod vel ex ipſa Arabica verſione Erpeniana probari queat, quae habet: وقد ذاق الموت بدل كل احد بنعمة الله „ ipſe „ pro ſingulis mortem guſtavit ex gratia Dei. “ Offendebat eos forte lectio quorundam verſionis Syriacae exemplorum, quae contra auctoritatem graeci contextus habent, ut editiones impreſſae: ܗܘ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܚܠܦ ܟܠܢܫ ܛܥܡ ܡܘܬܐ „ ipſe enim Deus ex gratia

„ ſua

[34] *Io. Dav. Michaëlis* curae in verſ. ſyriacam ac u ım apoſtolicorum. Göttingae 1755. p. 8 ſqq.

[35] In hac verſione legitur p. 426 بتخمير النقا والطهارة

„ ſua pro omnibus guſtavit mortem “ quam certe ſuſpectam lectionem, inſcii quid haberet graeca veritas, eo modo, quem ſupra animadverti, corrigere tentarunt.

Praeterea ſequentia commata evolvi, ubi tamen nullam, vel non in omnibus codicibus conſtantem varietatem reperi.

Actor. IX. 4. 5. 6. conſentiunt omnes cum editionibus noſtris ſyriacis.

Rom. I. 4. 5. Hoc comma in codice III contrahitur hoc modo: ܘܐܬܝܕܥ ܕܒܪܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܒܚܝܠܐ ܘܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘ ܕܒܗ ܢܣܒܢ ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܠܝܚܘܬܐ ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ h. e. *του οριϲθεντος υἱου θεου εν δυναμει και εν πνευματι ἁγιωσυνης, δι οὗ ελαβομεν χαριν και αποϲολην εν πασι τοις εθνεσιν*, ubi tamen codex IV, vulgarem lectionem tuetur. In Evangeliariis interdum abbreviari ſolet contextus.

Rom. IX. 5. Legunt ut Graeci ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠ *ὁ ων επι παντων θεος.*

1 Timoth. III. 16. ܕܐܬܓܠܝ ܒܒܣܪ *ὃς* vel *ὃ εφανερωθη.* Solus codex IV ſyro-arabicus in fine huius commatis addit: ܘܝܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܟܘܪܣܝܗ ܕܐܠܗܐ ܝܬܒ „ et ad dextram throni Dei ſedit “ Tota hac pericope in paraphraſi Arabica his verbis legitur: فاما ان تاخرت وتنادي قدومي فتبصر وتعرف كيف ينبغي ان تتصرف وتتردد في بيت الله التي هي بيعه الله الحي وجماعه المومنين بها ، فتقيم عمود الحق وتثبت اساس اليقين ، وعلي الحقيقه ان هذا السر العادل سر سيدنا العظيم جدا ، الذي ظهر بالجسد ، وتبرر بالروح ، وترايا بعز قوته للملايكه المقربين ، ونودي ببشراه بين الشعوب لسعلاه الطايعين ، وصدق به في العالم من القوم المومنين ، وتسلق الي السما بالمجد العظيم ، وجلس عن يمين عزيز الله في عليين * (Haec tibi ſcribo) „ ut ſi tardetur et „ differatur profectio mea, videas et ſcias, quomodo tibi verſandum ſit in domo Dei, quae eſt eccleſia Dei viventis, in qua coe„ tus

„ tus fidelium. Firmum veritatis columen, et ſtabile firmamentum
„ certae cognitionis, et celſa veritas eſt hoc myſterium iuſtum, my-
„ ſterium Domini noſtri profecto magnum, (vel, magni) qui appa-
„ ruit in corpore, iuſtificatus eſt per ſpiritum, conſpectus in maieſtate
„ ſua angelis accedentibus, praedicatus inter gentes ad (hilaritatem?)
„ obedientium, creditus in mundo a populo fidelium, receptus in
„ coelum gloria magna, et ſedens ad dextram ſummi Dei in ex-
„ celſis."

Tit. II. 13. ut graeci, et editiones ſyriacae.

DIGRESSIO.

NOVI TESTAMENTI EDITIONES SYRIACAS SEQUI RECENSIONEM NESTOR.

Memoriae tradidit cl. Aſſemanus, Troſtium in edendis epiſtolis Paulinis (Cothenis Anhalt. a. 1612) codice illo Neſtorianorum, quem tertio loco poſuimus, uſum fuiſſe [16]. Sed levi innititur argumento, quod ſingularum pericoparum initium et finis quatuor punctis in crucis figuram in editione Troſtiana, ut in codice Neſtoriano, notentur. Troſtium autem nullum codicem manu ſcriptum, ſed quinque editiones typis exaratas operi ſuo edendo adhibuiſſe, compertum habemus [17]; neque etiam res ita ſe habet, ut putat Asſemanus; non enim ſemper puncta illa in editione Troſtiana obvia reſpondent initio vel fini pericoparum codicis manu ſcripti. Videſis e. c. pericopas I. IV. VI apud Aſſemanum.

Interim veſtigia recenſionis Neſtorianorum haud obſcura in editionibus noſtris ſyriacis reperiuntur, tam in prima Viennenſi, a Widman-

[16] *Aſſemani* catal. Bibl. Vatic. T. II. pag. 168.

[17] Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Literatur. T. XV. pag. 160.

Widmanſtadio, opera Moſis Meredinenſis edita, quam in recentioribus. Non ſolum deſunt in illa priori editione hiſtoria mulieris adulterae apud Ioannem, verba nonnulla apud Matthaeum c. X. 8. et XXVII. 35 commata duo apud Lucam c. XXII. 17. 18. epiſtola II et III Ioannis, ſecunda Petri, et epiſtola Iudae, comma Ioanneum 1 Io. V. 7. et Apocalypſis, quae omnia in codicibus manuſcriptis verſionis ſyriacae deſiderantur, et partim ex ingenio editorum inſerta ſunt ſerioribus editionibus: ſed etiam 2 Cor. V. 8 legitur ܒܚܡܝܪܐ ܕܕܟܝܘܬܐ „ in fermento puritatis, " quam lectionem in nullis niſi Neſtorianorum codicibus adhuc repertam fuiſſe, ſupra animadverti. Altera Neſtorianorum lectio Ebr. II. 9. in Viennenſi editione non reperitur, quae nullo conſentiente codice graeco habet „ ipſe enim Deus per gratiam ſuam pro omnibus guſtavit mortem " : ſed Tremellius aliique eum ſecuti illam reſtituerunt „ praeter Deum. "

Ceterum Moſes ille Meredinenſis ſectae Iacobitarum aſſecla fuit, ut ipſe in litteris ſuis ad diſcipulum Maſium datis profitetur [38], a Patriarcha Iacobitarum Romam orator miſſus, ut novi Teſtamenti ſyriacam verſionem prelo typographico multiplicatam in Syriam reportaret [39]. Sed cum nec Romae, nec Venetiis quemquam reperiret, qui magnum hoc et difficile opus tentare vellet, Albertum Widmanſtadium excitavit, qui negotium Moſis Ferdinando Imperatori ita commendavit, ut ſumtus in ſe reciperet ferendos. Cuius ſub auſpiciis editionem ſuam Viennae abſolvit, uſui eccleſiae Syrorum Iacobitarum accommodatam et in pericopas ſecundum ritum huius eccleſiae diſtributam [40]. In ipſo contextu ſyriaco nihil commutaſſe videtur;

[38] E. c. in epiſtola ſexta. Apud *Mullerum* in ſymbolis ſyriacis ſeu diſſert. de Moſe Mardino cet. Coloniae 1673. 4to. pag. 6.

[39] Vide editionem Viennenſem ad finem Evangeliorum.

[40] In epigraphe Evangelii Ioannis profitetur, Impera-

videtur; veritus autem Widmanſtadius [41], ne propter loca quaedam, in quibus libri Syrorum a latinis diſcreparent, totum opus per calumniam reprehenderetur, in fine editionis inter menda typographica addenda vel corrigenda putavit ea, quae in contextu ſyriaco aliter ſonarent, quam in latino. Attamen ex quo fonte hauſerit ſyriacum contextum, e pluribus codicibus an ex unico, veteri an recenti, Neſtoriano an alio quodam, incertum eſt, niſi ex illis, de quibus dixi, veſtigiis aliqua indagari queant. Adſervatur quidem Viennae in Bibliotheca Caeſarea exemplum authenticum, e quo deſcripta fuit haec editio (codex Lambecii 258): ſed recens eſt, ab eodem Moſe, Meſopotamia Syro, patriarchatu Antiocheno, patria Meredinenſi exaratum, quo tempore editionem meditaretur. In epiſtola dedicatoria ad Ferdinandum Imperatorem, latine codici praemiſſa, conqueritur adverſam ſuam fortunam, quod Syriacis typis deſtitutus, conſilium de imprimendo novo Teſtamento ſyriaco reiicere coactus fuerit, Caeſaremque exhortatur, ut ſua munificentia editionem adiuvare velit: haec epiſtola ſignata eſt, Viennae, X Auguſti MDLIV.

Sufficiant haec de verſione ſimplici, variisque eius apographis: ſymbolas veluti meas adiicere volui, quae eruditos in examinanda et diiudicanda hac Syrorum verſione quodammodo adiuvarent.

Imperatorem imprimenda curaſſe haec exempla pro eccleſia Syrorum Iacobitarum. Et in epiſtola IV ad Maſium, apud Mullerum l. c. pag. 34. „Scito, inquit, „me pericopas omnes ſecundum ritum „eccleſiae noſtrae diſtribuiſſe.“

41 Vide obteſtationem eius ad lectorem, editioni adiectam.

Ne pagina vacua ſit, apponamus Gregorii Barhebraei, celeberrimi inter Syros ſcriptoris, de verſionibus ſyriacis iudicium, exſcriptum e praefatione commentarii eius in ſacrum codicem, cui titulus „horreum myſteriorum“, in bibliotheca Laurentiana Florentiis.

ܥܠܝܗ ܕܝܢ ܕܗܕܐ ܡܦܩܬܐ ܠܘܬ ܡܫܬܡܗܢܐ ܗܘ̈ܝ . ܚܕܐ ܓ̇ܝܪ ܕܒܝܘ̈ܡܝ ܕܫܠܝܡܘܢ
ܘܚܝܪܡ ܡܠܟܐ ܐܬܦܫܩܬ . ܬܪ̈ܬܝܢ ܕܐܣܐ ܟܗܢܐ ܟܕ ܫܕܪܗ ܐܬܘܪܝܐ ܠܫܡܪܝܢ
ܐܦܩܗ . ܬܠܬ ܕܒܝܘ̈ܡܝ ܬܕܝ ܫܠܝܚܐ ܘܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܘܪܗܝ ܐܬܦܫܩܬ . ܐܝܟܢ
ܕܐܦ ܠܕܝܐܬܝܩܝ ܚܕܬܐ ܐܦܩܘ . ܒܬܪܟܢ ܒܚܦܝܛܘܬ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܐܬܦܫܩܬ
ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܒܘܓ ܒܝܘ̈ܡܝ ܩܕܝܫܐ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܘܐܬܦܚܡܬ ܬܠܝܬܝܐܝܬ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܥܠ ܝܕ ܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܐܢܛܘܢܝܢܐ . ܥܬܝܩܬܐ ܕܝܢ
ܕܫܒܥܝܢ ܡܦܫܩܢ̈ܐ ܦܘܠܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܬܠܐ ܕܡܘܨܠ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܐܦܩܗ ❖

„ De hac Bibliorum verſione ſyriaca tres ſunt opiniones; prima,
„ eam tempore regum Salomonis et Hirami editam eſſe; altera,
„ Aſſam ſacerdotem, cum Aſſyrius eum Samariam mitteret, eam
„ confeciſſe; tertia, eam diebus Thaddaei apoſtoli et Abgari regis
„ Edeſſae translatam eſſe, quo tempore novum teſtamentum addiderunt. Poſtea accuratius e graeco in ſyriacum verſa fuit in urbe
„ Mabug, diebus S. Philoxeni, et tertium collata (et reviſa) Alexandriae, per Thomam Harclenſem, in monaſterio ſancto Antonianorum. Vetus autem teſtamentum ſecundum LXX e graeco in
„ ſyriacum tranſtulit Paulus, epiſcopus Telonenſis Muſulae. “

LIBER II.

DE VERSIONE PHILOXENIANA.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA VERSIONIS.

Lex fuiſſe videtur antiquis Bibliorum ſacrorum interpretibus, litterae quam diligentiſſime inhaerere, ne punctum quidem ſacri contextus interiret, de quo animae ſuae ſalutem pendere putarent. Pentateuchi verſio helleniſtica, quae Venetiis adſervatur in Bibliotheca S. Marci, eiusdem verſio arabica Samaritarum, et aliae tam veteris, quam novi Teſtamenti interpretationes huius rei documento eſſe poſſunt. Ex hac interpretum lege, ni fallor, altera novi Teſtamenti verſio ſyriaca originem duxit, quae ab auctore *Philoxeniana*, vel a reviſore *Heracleenſis* nominari ſolet. Cum enim antiqua ſyriaca contextum graecum non tam anxie ſequeretur, aliam accuratiorem huic ſubſtituere voluerunt, quae omnes non emphaſes ſolum, ſed etymologias etiam ſacri contextus exprimeret [1].

De hiſtoria huius verſionis quae novimus, ex eodem fere fonte omnia fluxerunt, nimirum ex epigraphe, eidem ad finem ſubiecta, quae in codicibus, infra a me recenſendis, hoc modo legitur:

Codex Angelicus.	Codex Aſſemani I.	Codex Pariſinus.
ܐܬܦܫܩ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ	ܐܫܠܡܘܗܝ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ	ܐܫܠܡܘܗܝ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ
ܚܠܐ ܕܐܪܒܥ ܚܕ̈ܬܐ ܣܒܪ̈ܬܐ	ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܣ̈ܛܐ	ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܣ̈ܛܐ
ܐܬܦܫܩ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ	ܩܕܝ̈ܫܐ ܕܐܬܦܫܩܘ ܡܢ	ܩܕܝ̈ܫܐ ܕܐܬܦܫܩܘ ܡܢ
ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܣ̈ܛܐ	ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ	ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ
ܩܕܝ̈ܫܐ ܡܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ		

ܠܣܘܪܝܝܐ

[1] Aliter ſentit *Gloc. Ridley* in diſſertatione de Syr. N. T. verſionum indole atque uſu, Lond. 1761 pag. 37. Tantam diſcrepantiam, quae in codicibus verſionis Syr. obtineret, novae verſionis conficiendae anſam praebuiſſe.

ܠܗܘܢܐ ܒܫܠܡܘܬܐ ܚܝܠܬܢܐ ܘܡܫܬܡܠܝܢܐ ܢܦܫܐ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܝܠܝ ܒܡܣܟܢܘܬܝ
ܡܚܝܠܬܐ

defunt	ܒܫܢܬܐ ܕܬܫܥܡܐܐ	ܒܫܢܬܐ ܕܬܫܥܡܐܐ
	ܘܥܣܪܝܢ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ	ܘܫܒܥ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ
	ܡܩܕܘܢܝܐ	ܡܐܩܕܘܢܝܐ

ܡܬܦܩܕ ܣܝܡܐ ܡܢܝ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ (ܘܐܢܛܘܢܝܢܐ Parif.
ܝܠܗ ܕܥܢܝܕܐ ܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܝܢ ܒܝܬ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܝܘܬܐ ܐܬܡܠܝܬ
ܡܚܝܠܐ ܟܠܗ.

ܬܠܬܐ	ܠܐܢܝ (in marg. ܬܠܬܐ	ܠܐܢܝ

ܚܝ̈ܢܐ ܡܢܬ̈ܐ ܕܦܝܫ ܚܣܝܢ ܘܫܠܡܝܢ ܒܐܢܫ (ܒܐܢܫ Angel.) ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ ܢܦܠܬ ܥܡܪܐ ܕܐܢܛܘܢܝܢܐ (ܕܐܢܛܘܢܝܢܘ Assem. I.

ܐܡܬܐ ܕܝܢ ܫܘܒܚܗ ܠܗ	defúnt haec in Assem. I.	ܐܡܬܐ ܕܝܢ ܫܘܒܚܗ ܠܗ
ܠܡܬܪܢܐ ܕܒܟܬܒܐ ܕܝܠܗ		ܠܡܬܪܢܐ ܕܟܬܒܐ
ܫܦܝܐ ܘܕܫܘܝܐ ܗܘܐ		ܕܫܦܝܐ ܘܕܫܘܝܐ
ܕܢܣܒܝܢ ܡܢܗܝܢ		ܐܠܗܐ ܕܟܠ
ܫܠܡܘܬܐ ܗܝ ܡܢܬܐ ܕܬܐ		ܫܠܡܘܬܐ
ܕܟܠܗܝܢ ܠܟܠܗܝܢ		ܘܦܘܪܩܢܐ ܡܫܝܚܐ
ܘܠܥܠܡ ܐܠܗܐ ܕܝܢ	ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܕܝܢ	ܠܘܬ ܕܝܢ ܐܠܗܐ
ܘܐܠܡܫܝܚܐ	ܡܫܝܚܐ	ܘܐܠܡܫܝܚܐ.

ܒܗ ܒܟܬܒܐ ܕܐܦܢܝ ܒܫܢܬ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫ ܘܫܡܫ (ܕܝܠܗ .Addit Angel)
ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܐܦܢܝ . ܕܟܬܒܐ ܕܝܢ ܟܬܒܢܐ ܡܫܝܚܘܬܐ ܗܘܬ ܠܗ ܒܗ
ܘܡܫܬܪܪܝܢ ܡܢܗ ܒܟܬܒܪܝܢ ܚܕܐ . ܗܘ ܕܟܬܒ ܠܥܒܕܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܒܪܩܘܗܝ
ܒܝܕܗ ܒܐܕܐ ܘܐܦܝܐ ܕܒܗ ܠܥܒܕܐ (ܚܝܝ ܘܡܘ .Addit Angel) ܠܟܪܝܣܛܝܢܐ
ܕܡܠܠܗ ܐܡܝܢ *

Codex Angelicus.	Assemani I.	Pariſinus.
Collatus eſt liber iſte cum duobus exem-	Eſt autem hic liber quatuor Evangeliſta-	Eſt autem hic liber quatuor Evangeliſta-

Digitized by Google

plis probatis [2]. Translatus autem fuit hic liber quatuor Evangeliſtarum ſanctorum e lingua graeca	rum ſanctorum, qui translatus fuit e lingua graeca	rum ſanctorum, qui translatus fuit e lingua graeca

in Syriacam cum accuratione multa et labore magno primum quidem in urbe Mabug [3]

deſunt	anno 819 Alexandri Macedonis	anno 819 Alexandri Macedonis

in diebus ſancti Domini Philoxeni confeſſoris (Pariſ. et) epiſcopi eiusdem urbis. Collatus autem fuit poſtea multa cum diligentia a me Thoma paupere cum

tribus	duobus (marg. tribus)	duobus

exemplis graecis valde probatis et correctis in Antonia [4] Alexandriae, urbis magnae, in monaſterio ſancto Antoniano,

quippe vel apex eius facit ad utilitatem animae meae peccatricis, et multorum, qui amant et cupiunt accurationem hanc utilem librorum divinorum ſcire et conſervare [5]. Scriptus autem eſt et collatus	deſunt in codice Aſſemaniano I. Nimirum altera vice [6] ſcriptus et collatus fuit	quippe vel apex eius facit ad utilitatem animae meae aegrotae, et omnium eorum, qui cupiunt accurationem librorum ſacrorum [5]. Nimirum altera vice [6] ſcriptus et collatus fuit

in

[2] Haec verba ſuſpecta, nec in aliis codicibus leguntur.

[3] Mabug, *Ar.* Manbeg, *Gr.* Hierapolis. Strab. Plin. Bambyce. Sedes epiſcopi tum Monophyſitarum, tum Neſtorianorum.

in loco laudato anno 927 (addit Angel. eiuſdem) Alexandri, indictione quarta. Quantam autem moleſtiam et ſollicitudinem habuerim in ipſo eiusque ſociis (actis apoſtolorum et epiſtolis) Dominus ſolus novit, qui retribuet unicuique ſecundum opera ſua in iudicio ſuo iuſto et recto, quo digni habeamur (nos et ille [7]) ſecundum miſericordiam ſuam. Amen.

1. Abſoluta igitur fuit haec nova Syrorum verſio tempore Philoxeni, epiſcopi Mabugenſis, anno Graecorum DCCCXIX, vel Chriſti DVIII [8]. Quo auctore, ex epigraphe non patet. Philoxeno quidem turbidis iſtis temporibus, quo eccleſia orientalis et occidentalis graviter inter ſe diffidebant, tanto atque a curis ſecularibus tam alieno ſtudio vacare vix licebat. Teſtis autem eſt Moſes Aghelaeus [9], Polycarpum, chorepiſcopum Philoxeni, ipſo duce et ſuaſore, hanc verſionem e graeco elaboraſſe, eamque Philoxeno dedicaſſe; unde apud noſtrates nomen Philoxenianae verſionis ſortita eſt. An omnes libros novi Teſtamenti interpretatus ſit, ſtatuere non auſim. De Evangeliis, actis apoſtolorum, et epiſtolis, veriſimile: horum enim librorum

[4] Antonis ſuburbium Alexandriae fuiſſe videtur.

[5] Haec verba additamentum eſſe, quis non ſentit? Ceterum hic cauſam legimus, quare haec nova verſio in locum veteris ſubrogata fuerit „ob maiorem eius accurationem" nimirum in exprimendis etymologiis rel. ſacri contextus. Cl. Storr male vertit integritatem, pro, accurationem. Videſis *Storrii* obſervationes in N. T. verſiones ſyr. pag. 44.

[6] *Nimirum altera vice.* Sic h. l. verto Syrorum ܙܒܢܐ ܕܬܪܝܢ De tribus enim recenſionibus in hac epigraphe non agi, e toto contextu patet. Neque omnino legitur haec vox, *iterum*, in codice Angelico. Pluribus haec probavit cl. Eichhorn in Repertorio *für bibliſche und morgenländiſche Litteratur*, Tom. VII. pag. 247 ſqq.

[7] *Nos et ille.* Adduntur haec verba in ſolo codice Angelico: mihi ſuſpecta videntur. Nos et ille, nimirum, nos lectores et ille Thomas. Inſerta a librario, qui eiusdem miſericordiae divinae ſe ſuosque lectores participes eſſe voluit.

[8] Vel ut mavult *Ridley* anno DC, quem vide in diſſert. de Syr. N. Foed. verſionum indole atque uſu. Londini 1761 p. 38.

[9] Apud *Aſſemanum* in Bibl. orient. Tom. II. cap. X. *Ridley* l. c. pag. 37.

librorum verſio exſtat in codicibus Ridleyanis, quorum primam partem, Evangelia, edidit cl. White: de apocalypſi dubium: codex enim, quem refert Ridley, Florentinus eandem ſyriacam verſionem continet, quam in Polyglottis habemus, ut infra videbimus.

2. Poſt ſeculum elapſum Thomas Harclenſis novam huius verſionis editionem curavit Alexandriae, ad duo vel tria exempla graeca caſtigatam, nimirum anno Graecorum DCCCCXXVII h. e. Chriſti DCXVI. Quis fuerit hic Thomas, aut quo anno floruerit, ambigunt eruditi. Sed omnem ambiguitatem tollere mihi videtur Abulpharagius, qui in chronico ſuo ad hunc annum refert: „ Sub haec „ tempora floruit Thomas Harclenſis, coenobii Taril monachus, qui „ a puero in Kenſerinenſi monaſterio litteris graecis exculcus, poſtea „ Mabugi epiſcopus fuit: exagitatus autem a Domitiano Melitinenſi „ in Aegyptum profectus eſt, habitavitque in Antonia Alexandriae „ in ſacro Antoniorum monaſterio, ubi memorabili diligentia ſacrum „ Evangeliorum codicem et reliquos N. T. libros admodum exacta „ et accurata emendatione reſtituit, poſt primam verſionem, Philo- „ xeni Mabugenſis ſtudio elaboratam [10]. " Videamus nunc, quae fuerint Thomae in verſionem Philoxenianam curae. Cum nonnullis codicibus graecis, duobus vel tribus, qui probatiſſimi habebantur, eam contulit [11], quorum praecipuas varietates, et paſſim etiam verſionis ſimplicis conſenſum vel diſſenſum, in margine editionis ſuae adnotavit, ſimulque, ubi verſio ambigua vel intellectu difficilior videbatur, verba graeca appoſuit, quae tamen in nonnullis apographis

 ex

10 *Ridley* diſſert. de Syr. N. T. verſionibus pag. 42 ex Aſſemano. conf. Repertorium bibl. et orient. T. VII. pag. 249.

11 Puto, cum tribus. Interdum enim tria exempla graeca laudantur, ut Matth. 27, 35. 28, 5. Aliter ven. *Storr:* lectionem „tribus" e margine irrepſiſſe in contextum, easque adnotationes, ubi tria laudantur exempla, non eſſe Thomae noſtri. Repertorium l. c. p. 14.

ex imperitia amanuenſium mirum in modum depravata ſunt [12]. Et quidem ex his antiquitas et bonitas exemplorum recte forte diiudicetur: quo enim rudiora, et ut ita dicam, turbidiora reperiuntur verba graeca, eo longius abeſſe a fonte, quo puriora, eo propius fonti accedere videtur apographum. Idem Thomas Evangelia in capita vel ſectiones diſtribuit, et pericopas diebus feſtis recitandas conſtituit, ut ex epigraphe codicis Angelici, infra laudanda, animadvertimus. Tum etiam hiſtoriam paſſionis et reſurrectionis Chriſti harmonice concinnavit, recitandam in diebus feſtis: quae legitur in codice Aſſemaniano I. Praeterea in margine horum codicum adnotationes varii argumenti ſyriace leguntur, quarum aliae forte Thomae, aliae amanuenſibus tribuendae ſunt.

His addo, Paulum, Telae epiſcopum, eodem tempore, nimirum anno Graecorum DCCCCXXVIII indictione V (aerae noſtrae DCXVII) in eadem urbe, Alexandriae, ſuadente Athanaſio Patriarcha vetus Teſtamentum e verſione graeca LXX virorum in ſyriacum ſermonem transtuliſſe, id quod claris verbis dicitur in epigraphe codicis Pariſini, a cl. Eichhornio laudata [13]. Hac obſervatione nititur illa, quam olim tradidi [14] verſionis ſyriacae Philoxenianae hiſtoria, cuius ſumma haec eſt: Paulum, Telae, et Thomam, Mabugi epiſcopum, duce Athanaſio Patriarcha, codicem ſacrum, tum veteris, tum novi Teſtamenti, e graeco in ſyriacum transtuliſſe, in uſum Monophyſitarum; Paulum veteri Teſtamento in primis operam dediſſe, illudque e recenſione Origeniana interpretatum eſſe [15], Thomam

[12] E. c. pro *μη βαττολογησετε* Matth. VI, 7. legitur *γησετε μεν δαττολο*; in alio codice, *μη λογησετε*; in allo *λογησετε μεν βατο*.

[13] Repertorium bibl. et orient. Tom. VII. p. 226 f. T. VIII. p. 112.

[14] In hiſtoria itineris mei, germanice edita: *Uebersicht meiner bibliſch kritiſchen Reiſe* p. 115.

[15] Huius verſionis reliquiae continentur in egregio

mam autem, cum iam exſtaret novi Teſtamenti accurata verſio, cura Philoxeni edita, hanc modo revidiſſe, et ubi opus videretur, ad graeca exempla caſtigaſſe [16]; totumque hoc opus biblicum abſolutum fuiſſe annis aerae vulgaris 616 et 617.

Reliqua, quae ad verſionis huius indolem et uſum attinent, optime explicaverunt viri cell. *Michaëlis* in bibliotheca ſua orientali T. XVI pag. 170 ſeqq. *Storrius* in Repertorio biblico et orientali T. VII. p. 1 ſeqq. et T. X, pag. 1 ſ. Pauca tantum de aſteriſcis et obelis in his codicibus obviis adiiciamus. Wetſtenius quidem putat, has notas ad collationem novae ſyriacae verſionis cum veteri ſpectare, cui adſentit Storrius: White autem collationem cum graecis exemplis factam eſſe opinatur. Prior ſententia veriſimilior, et Origeniano uſui earundem notarum conſentanea videretur, niſi ſaepius in margine talium additamentorum, quae, veluti deſiderata in veteri ſyriaca verſione, et addita e graecis codicibus, aſteriſco notantur, adſcriptum legeretur, haec verba deeſſe in graecis exemplis. His minimum locis, niſi ubique, aſteriſcus indicat ea, quae in graecis deſiderabantur: obelum autem multoties tunc adhibitum animadverti, cum lingua vel grammatica Syrorum vocem vel particulam addendam poſtularet, qua Graeci carent. Sed omnino hae notae, uti Origeniano contextui quoque accidit, incuria librariorum ſaepe ſunt permutatae, confuſae, ſuo loco remotae.

---

egregio codice ſyriaco-hexaplari Mediolanenſi, cuius partem anno elapſo ediderunt Londini Gothorum *Norbergius*, et Mediolani *Bugatius*; ille Ieremiam et Heſekielem, hic Danielem: item in codice Pariſino Eichborniano. vid. Repert. l. c.

[16] Haec correcta verſio eſt illa, quae nunc ſub nomine Philoxenianae celebris eſt; cuius primam partem Oxonii edidit *White*.

DESCRIPTIO CODICUM HUIUS VERSIONIS.

Iam ad recenſenda huius verſionis exempla progredior, quae in itineribus meis inſpexi et evolvi.

I. CODEX EVANGELIORUM MEDICEO-FLORENTINUS ANNI DCCLVII.

Primo loco pono codicem Evangeliorum Florentinum, in Bibliotheca Medicea Laurentiana Pluteo I. n. XL. adſervatum, membranaceum, antiquis litterarum notis exaratum, cuius ſpecimen annexa tabula V exhibet. Praemittuntur codici index pericoparum diebus dominicis et feſtis in coetu ſacro recitandarum, Epiſtola Euſebii ad Carpianum, et tabulae decem Canonum harmonicorum Euſebii et Ammonii: quae tamen tabulae aeque ac totum Evangelium Matthaei humore infectae ſunt. Margini Evangeliorum praeter titulos pericoparum dominicalium, minio ſcriptos, et argumenta capitum vel *κεφαλαιων* atramento exarata, adſcripti quoque ſunt minio numeri Ammoniani pericoparum, et ſub ſingulis indicatur tabula, ad quam illud capitulum referendum ſit: in imo autem margine ſingulorum paginarum, Harmonia, e tabulis illis libro praemiſſis repetita, ſubtexitur [17]. Praeterea nulla adnotatio critici argumenti in toto hoc

[17] Duo nimirum numeri tum in margine, tum in contextu reperiuntur v. c. 208 / 3 quorum primus eſt numerus capitis, ſecundus reſpondet tabulis harmonicis libro praemiſſis. Quorum decem ſunt, prima, ubi omnes quatuor Evangeliſtae conſentiunt, ſecunda, ubi Matth. Marcus et Lucas, tertia, ubi Matth. Luc. et Ioa. quarta, Matth. Marc. et Ioa. quinta, Matth. et Luc. ſexta, Matth. et Marc. ſeptima, Matth. et Ioa. octava, Marc. et Luc. nona Luc. et Io. conveniunt, et denique decima, ubi nullus conſentit. Indicat igitur

hoc codice reperitur, praeter unam, a recentiori, ut videtur, manu adiectam, fol. 95, quae in aliis quoque exemplis legitur: ܠܬܪܝܢܝܬܐ ܕܩܕܡܝܬܐ ܠܐ ܒܟܠ ܢܣܣܚܐ (lege ܢܘܣܚܐ) ܐܝܬ „ (Sabbato) *ſecundo primi* non „ in omni exemplari eſt." Ad Luc. VI, 1. Voces graecae paſſim margini adſcriptae ſunt, vel etiam inter lineas contextus, ſatis calligraphice, ſed minus orthographice exaratae, v. c. ΑΒΒΑϹ Ο ΒΑΤΗΡ. Ad calcem Evangeliorum ſequentes leguntur epigraphae. Ad Matthaeum: ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܬܝ ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܕܡܠܠ ܥܒܪܐܝܬ ܒܦܠܣܛܝܢܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܝܢ ܩ̈ܦܠܐܘܢ ܣܚ ܘܡܢܝ̈ܢܐ ܕܩ̈ܢܘܢܐ ܬܠܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܚܝ̈ܠܐ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ ܘܦ̈ܠܐܬܐ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ· ܘܣܗ̈ܕܘܬܐ ܬܠܬܝܢ „ Explicit „ Evangelium ſanctum. Matthaei Evangeliſtae, quod locutus eſt he- „ braice in Palaeſtina. In eo ſunt κεφαλαια 68, numeri Canonum „ (Ammoniorum) 360, miracula 25, parabolae 25, et teſtimonia „ 32." Ad Marcum: ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܩܘܣ ܕܡܠܠ ܪܗܘܡܐܝܬ ܒܪܗܘܡܐ ܡܕܝܢܬܐ܂ ܐܝܬ ܒܗ ܕܝܢ ܩ̈ܦܠܐܘܢ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܡܢܐ܂ ܘܡܢܝ̈ܢܐ ܡܐܬܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ܂ ܘܚܝ̈ܠܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ܂ ܦ̈ܠܐܬܐ ܫܬ܂ ܣܗ̈ܕܘܬܐ ܫܒܥܣܪ * „ Explicit Evangelium ſanctum Marci, quod locutus eſt romane „ Romae. In eo ſunt κεφαλαια 48, numeri (Ammoniani) 240, „ miracula 22, parabolae 6, teſtimonia 17." Ad Lucam, cuius effigies Evangelio praemittitur, hoc titulo: ܠܘܩܐ ܐܘܢܓܠܣܛܐ „ Lucas Evangeliſta" ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܘܩܐ ܕܡܠܠ ܝܘܢܐܝܬ ܕܐܝܬ ܒܗ ܩ̈ܦܠܐܘܢ ܬܫܥܝܢ ܘܬܠܬܐ ܘܡܢܝ̈ܢܐ ܬܠܬܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܚܝ̈ܠܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܘܦ̈ܠܐܬܐ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ ܘܣܗ̈ܕܘܬܐ ܡܠܬܠܬܝܢ * „ Explicit Evangelium ſanc- „ tum

igitur minor numerus, ad quam Tabularum claſſem referendum ſit hoc caput, an cum uno, an duobus vel tribus et cum quibus Evangeliis conſentiat. In ima pagina autem indicantur capita reliquorum Evangeliorum, quae cum hoc Evangelio conveniunt. Haec omnia in exemplis antiquis verſionis ſimplicis non inveni.

„ tum Lucae, quod locutus eſt graece. In eo ſunt κεφαλαια 83, „ numeri 348, miracula 22, parabolae 27, teſtimonia 16. " Ad Ioannem: ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܝܘܚܢܢ ܐܝܬ ܒܗ ܩ̈ܦܠܐܘܢ ܝܛ. ܡܢܝܢܐ ܕܐܡܘܢܝܘܣ ܩ̈ܢܘܢܐ ܪܠܒ. ܚ̈ܝܠܐ ܚ. ܦܠ̈ܐܬܐ ܗ. ܣܗ̈ܕܘܬܐ ܝܗ. ܡܠܠ ܕܝܢ ܘܟܬܒ ܝܘܢܐܝܬ ܒܐܦܣܘܣ ܀ „ Explicit Evangelium „ ſanctum Ioannis. In eo ſunt κεφαλαια 19, numeri (Ammoniani) „ 232 canonum, miracula 8, parabolae 5, teſtimonia 15. Locutus „ autem eſt et ſcripſit graece Epheſi. " Tum pagina ſequenti iisdem litteris: ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ „ Laus Patri et Filio et Spiritui ſancto nunc et omni tempore, „ in ſecula ſeculorum. Amen " et ſubinde, ab eadem, ut videtur, manu, ſed volubilioribus litteris [18] amanuenſis epigraphe: ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܪ̈ܒܥܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܐܘܪܗܝ. ܒܥܕܬܐ ܕܫ̈ܠܝܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܒܗ ܒܐܘܪܗܝ. ܒܐܝܪܚ ܟܢܘܢ ܩܕܡ. ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܣܚ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܕܥܣܪܐ. ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܢ ܕܢܟܦܐ ܘܪܚܡ ܐܠܗܐ ܘܫܦܝܪ ܕܘܒܪ̈ܐ. ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܕܣܥܪ ܬܫܡܫܬܐ ܕܥܘܡܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܒܩܘܪܝܬܐ ܕܟܪܡܘܫ ܒܐܬܪܐ ܕܐܘܪܗܝ ܕܟܬܒܗ ܠܗ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܡܘܬܪܢܐ ܪܘܚܢܝܐ ܘܠܟܠ ܕܢܬܦܓܥ ܒܗ. ܘܐܠܗܐ ܢܦܪܘܥ ܠܗ ܚܕ ܒܬܠܬܐ ... rel. „ Abſolutus eſt hic liber quatuor Evangeliorum in urbe Meſo- „ potamiae Orrhoea (h. e. Edeſſa) in templo ſanctorum apoſtolorum, „ quod eſt in eadem urbe, menſe Canun priore anni MLXVIII „ Alexandri, indictione δεκατη (decima, h. e. a. Chr. DCCLVII) „ Fuit autem ſobrii, Dei amantis, et bonis moribus praediti, beati „ Mar Abrahami, qui praefuit ſtationi ſanctae monaſterii S. Iacobi, „ in oppido Carmoſch in regione Edeſſena, qui illum ſibi confecit „ ad utilitatem ſuam ſpiritualem, omniumque qui in illum incide- „ rent. Deus . . . . ci retribuat triplum " cetera. Sequitur deinde alia

[18] Videſis, quae ad primam epigraphen codicis Nitrienſis I. adnotavimus ſupra pag. 7.

alia inſcriptio recentior ſed mutila: ܒܐܣܟܠܡܘܣ ... ܘܡܘܕܥ ܐܢܐ ܠܟܠ ....
ܕܦܓܥ ܒܗܠܝܢ ܣܛܪ̈ܐ .... ܕܪܒܢ ܐܝܣܚܩ ܪܝܫ .... ܙܒܢܗ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܗܢܐ : ... ܠܪܒܢ
ܐܠܥܙܪ ܕܝܪܝܐ ܒܕܝܢܪ̈ܐ ܬܫܥܐ . ܟܠ ܕܝܢܪܐ ܒܐܪܒܥܝܢ .... ܐܦܢܝ ܘܟܠ ܗܕܐ ܚܬܡܬ ܐܢܐ
ܘܣܗܕܐ ܡܣܗܕܢܐ „ Baſilius . . . notum facio (omnibus) qui incidunt „ in has lineas, Rabban Iſaacum, praefectum (monaſterii) vendidiſſe „ hoc Evangelium . . . Rabbano Eleaſaro monacho pro denariis „ novem, ſingulo quadraginta Cartis . . Id quod teſtimonio meo „ confirmare volui. “

Illa autem epigraphe, quae ad hiſtoriam verſionis pertinet et ſupra laudata fuit, in hoc exemplo non adeſt, neque umquam adfuit: codex enim in fine integer eſt. Crederem, codicem noſtrum apographum eſſe antiquioris Philoxenianae verſionis, a Thoma Harclenſi nondum reviſae et caſtigatae, quam ob rem adnotationes criticae quoque, a Thoma adiectae, hic deſiderantur. Attamen contextus ab Harclenſi recenſione parum differre videtur. Aſſerit quidem Aſſemanus et poſt illum Antonius Maria Biſcionius in parte I. catalogi Bibliothecae Mediceae Laurentianae (Florent. 1752) pag. 35 col. 1. hiſtoriam adulterae (Io. VIII.) in hoc codice legi, quae in codicibus verſionis ſimplicis deſit. Sed certe deeſt et in noſtro, et in omnibus quos vidi, utriusque verſionis ſyriacae exemplis: inſeri debuiſſet folio 140 col. 2. ſed neque hic, ut e ſpecimine codicis in Tab. V apparet, neque alio loco legitur.

II. CODEX EVANGELIORUM REGIUS PARISINUS A. MCCXII.

Codex Pariſinus (inter codd. ſyriacos Bibliothecae Regiae XXIII) Florentino haud diſſimilis eſt. Continet quatuor Evangelia, exarata in membrana litteris antiquis Syrorum, forma octava. Praemittuntur epiſtola Euſebii et canones harmonici, ad calcem cruce graeca

Digitized by Google

graeca ornati, addito titulo ܒܟ ܢܢܓܚ ܠܒܥܠܕܒܒܝܢ „ te percutiamus inimicos noſtros": deinde pericoparum dominicalium argumenta, et index capitulorum (κεφαλαιων) Evangelii Matthaei. Ad calcem huius indicis legitur: ܫܠܡܘ ܩܦ̈ܠܐܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ ܫܠܝܚܐ .... ܒܡܢܝܢܐ ܡܢܝܢ ܥ ܒܝܕ ܫܘܠܡܐ ܕܬܘܪܨܐ ܕܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ ܕܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܐܡܝܢ „ Expliciunt capita Evangelii Matthaei apoſtoli . . . numero LXX, „ ex reviſione et emendatione Thomae Harclenſis, cuius preces „ ſemper nobis adſint. Amen. " [19] Additur folio uno diſſertatiuncula de diſcrimine, quod inter genealogias Chriſti apud Matthaeum et Lucam intercedit [20], et in altera pagina alia crucis imago, cum titulo: ܗܢܘ ܕܛܘܦܣܗ ܝܡܐ ܦܠܓ „ hic eſt ille, cuius typus (archetypus) „ mare diviſit. "

In margine huius codicis, praeter ea, quae ad diſtinctionem capitum et ad numeros Ammonianos pertinent, nullae aliae adnotationes reperiuntur: omnia uti in codice Florentino. Quatuor enim aut quinque adnotationes, quae paſſim leguntur, a librariis adiectae videntur. Nomina propria capite I Matthaei et III Lucae, more Syrorum exarata ſunt, in margine autem Graecorum more exprimuntur, ut vulgo exprimi ſolent in verſione Philoxeniana vel Harclenſi. v. c. in margine Matthaei: ܥܡܝܢܕܒ ܢܚܫܘܢ ♦ ܐܡܝܢܐܕܐܒ ܐܣܛܘܢ [illegible] cetera. In Evangelio Marci ad hiſtoriam electionis duodecim apoſtolorum, e quanam

[19] In praecedente codice 68 tantum capita habet Matthaeus. Thomas eum in 70 capita diviſit.

[20] Ratio diſſenſus genealogiae Chriſti eſt ex opinione auctoris, quod unus Evangeliſta eam recenſeat ܟܝܢܐܝܬ *naturaliter*, alter ܢܡܘܣܐܝܬ *legaliter*. v. c. Eli (Matth. I. 16. Lucae III, 23) liberos ex uxore non habuiſſe, fratrem autem Iacobum] illo mortuo ex lege Moſaico viduam in matrimonium duxiſſe, atque ex hoc matrimonio Ioſephum procreatum fuiſſe. Hunc igitur eſſe legaliter filium Eli, naturaliter filium Iacobi. Idem Saalthielem naturaliter fuiſſe filium Iechoniae, ſed legaliter filium Neri.

quanam tribu ſinguli oriundi ſint, animadvertitur. Ad Ioannis caput II. 1. additamentum in margine legitur: [illegible] „ et die tertio nuptiae factae ſunt in Cana Ga„ lilaeae. Sed vinum non habebant, quia defecit vinum convivii. “ Denique ad Ioa. c. VIII. hiſtoria adulterae e verſione cuiusdem Mar Pauli his verbis adſcripta eſt: [illegible] [21] „ Profectus eſt igitur unusquisque ex „ iis in domum ſuam . . . . . . abi et in poſterum non amplius „ pecca (Io. VII. 53 — VIII. 11). Haec συνταξις [22] non in om„ nibus exemplis reperitur. Invenit eam autem Abbas Mar Paulus „ eamque

[21] Iisdem verbis refertur haec pericope a *Lud. de Dieu* e codice Uſſeril in commentario in IV Ev. Lugd. 1631. pag. 443. et a *Whitio* e cod ce Barſalibaei, in editione verſionis Philox, Evangelior. P. II. p. 559.

[22] Cod. Barſalibaei mendoſe legit [illegible], verbum quod in Lexicis non adeſt. White l. c. pag. 640.

„ eamque hoc modo, quo hic Evangelio Ioanneo adſcripta eſt, in „ ſyriacum convertit. “

Inſcriptiones Evangeliorum, quoad numeros et rationes, parum differunt ab iis, quas e codice Florentino ſupra dedimus. Ad Matthaeum legitur: ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ ܫܠܝܚܐ ܕܡܠܠ ܥܒܪܐܝܣܛܝ ܒܦܠܣܛܝܢܐ. ܐܝܬ ܒܗ ܕܝܢ ܩܦܠܐܘܢ ܥ ، ܩܢܘܢܐ ܕܡܢܝܢܐ ܫܣ ܘܐܬܘܬܐ ܟܗ ، ܘܦܠܐܬܐ ܟܗ . ܘܣܗܕܘܬܐ ܠܒ ܨܠܘ ܥܠ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒ „ Explicit Evangelium „ Matthaei apoſtoli, quod hebraice locutus eſt in Palaeſtina. In eo „ ſunt capita (κεφαλαια) 70, numeri Canonum 360, miracula 25, „ parabolae 25, et teſtimonia 32. Orate pro peccatore qui illud „ ſcripſit. “ In Marco numerantur ܩܦܠܐܘܢ ܡ capita 40. Cetera ad verbum conſentiunt cum codice antecedenti.

Ad calcem totius codicis ſolita verſionis epigraphe legitur, quam ſupra in hiſtoria verſionis exſcripſimus. Hanc pagina ſequenti excipit epigraphe amanuenſis, his verbis: ܫܠܡ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܝܩܝܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ ܕܐܪܒܥܬܝܗܘܢ ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܡܦܩܬܐ ܚܪܩܠܝܬܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܬܠܬ ܕܝܘܢܝܐ ܒܢܓܗ ܚܕܒܫܒܐ ܩܕܡܝܐ ܕܝܪܚܐ ܢܝܣܢ . ܒܥܘܡܪܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܬ ܐܟܣܢܝܐ ܕܒܛܘܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܘܪܗܝ ܒܝܘܡܝ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܨܪܝܢ . ܟܬܒܗ ܕܝܢ ܐܝܟ ܚܝܠܗ ܕܡܠܟܐ ܚܛܝܐ ܒܪ ܡܫܝܚܐ ܥܢܘܝܐ ܕܟܠ ܢܘܪܟܐ . ܐܢܫ ܐܢܫܐ ܪܡܫܐ ܕܡܠܟܗ ܦܪܝ ܒܪܘܚܐ ܕܝܢܐ ܗܘܐ ܘܡܫܝܚܐ rel. „ Explicet ope „ Domini noſtri liber hic ſanctus Evangelii venerabilis Chriſti, Dei „ noſtri, quatuor ſanctorum Evangeliſtarum, ex recenſione Harclenſi, „ anno MDIII Alexandri (Chr. 1212) ſub diluculum primi diei do„ minicalis menſis Niſan, in coenobio Deiparae, cui cognomen eſt „ Beth-achſenoje (hoſpitium) in monte ſancto Edeſſae, diebus Mar „ Michaëlis Patriarchae Antiocheni Syrorum [21], et Mar Ioannis „ Aegypti

[21] Michaël II, Ioſua Labeo cognominatus, Patriarcha Iacobitarum, mortuus teſte Barhebraeo a. gr. 1526 Chr. 1215. *Aſſemani* B. O. II. p. 231.

„ Aegypti [24]. Scripſit eum homo peccator, cui nomen eſt Ieſu fil. „ Ioannis, ſacerdos e . . . . pro fratre ſuo ſpirituali Rabban Barſu- „ ma, monacho ornatiſſimo et ſacerdoti, “ cetera. Supereſt unum folium, ornatum crucis figura, et in parte averſa recentior adnotatio, codicem a ܐܚܝ ܡܪܝ ܒܐܣܝܠܝܘܣ Baſilio quodam dono datum fuiſſe parvulo ſuo diſcipulo anno 1445 ܫܢܬ ܐܬܡܗ

III. CODEX EVANGELIORUM IN BIBLIOTHECA ANGELICA ROMAE.

Celebre eſt hoc exemplum Philoxenianae verſionis, quod Romae aſſervatur in bibliotheca Angelica PP. Auguſtinorum. Continet folia membranacea 139 formae maioris, (in fol.) qualibet pagina in duas columnas diviſa. In fronte codicis cernuntur inſignia priſtini poſſeſſoris, Pandulphi de Ricaſolis Baronibus Cano. Flo·. et ſiglum IHS. Praemittitur more ſolito index pericoparum, quae in eccleſia recitantur, mancus tamen ab initio: definit his verbis: ܫܠܡ ܦܢܩܝܬܐ
ܗܢܘ ܕܝܢ ܦܘܪܫ ܩܪܝܢܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܗܝ ܕܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ
„ Explicit *codex*, hoc eſt, diſtinctio pericoparum ſancti Evangelii, „ ſecundum traditionem Thomae Harclenſis. “ Sequuntur epiſtola Euſebii et canones harmonici, quorum duo folia ex imperitia bibliopegi antecedenti indici pericoparum immiſſa ſunt. Singula Evangelia praecedit index capitulorum, contextui autem numeri et argumenta capitum, et notae harmonicae apponuntur. Evangeliis ſolitae epigraphae ſubiiciuntur, quae ratione numerorum conveniunt cum codice noſtro I. Verſionis epigraphe ſupra ex hoc codice a nobis tradita eſt. Nulla autem veſtigia reperimus, ubi vel quo anno codex

[24] Ioannes, ſeptuageſimus quartus Coptorum Patriarcha, cognomine Abul Maged, Alexandriae ſedit ab a. Chr. 1189 ad 1216. *Aſſemani* B. O. T. II. pag. 236. *Renaudot* hiſtoria patriarcharum Alexandr. p. 554 ſqq.

codex exaratus ſit. Variae quidem adſcriptae ſunt adnotationes, tum in margine codicis, tum in fine, ſed parum ad hiſtoriam eius illuſtrandam faciunt. Tres tamen meliores hic apponemus. Prima arabice ſcripta legitur in margine epiſtolae Euſebii, ſed litteras nonnullas in fine linearum culpa bibliopegi amiſit: يعلموا الحاظرين بعدنا ان اهل قريه بريا. وجد مجابن من زمان ا.... مخفيه وطلبوا.... ان يعينهم... كشفها وكان البدوا فيها سدس... شهر اب المبارك وكان الفروغ بالثلثه وعشرين... سنة الف وستم... واربعين يوذ..... quae verba equidem hoc modo interpretanda puto: „ Sciant poſteri noſtri, incolas pagi „ Daria (vel Darba, vel Darna) inveniſſe . . . diu abſconditam et „ poſtulaſſe, . . . ut indicaretur illis . . . . detexit eam. Initium „ huius rei factum . . . . menſe Ab felici, finis autem decimo ter- „ tio . . . anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo Graecorum, h. e. aerae vulgaris 1329. “ Altera Carſchunice [25] reperitur fol. 136. ܢܗܪ ܦܝ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܥܒܕ ܐܠܡܣܟܝܢ ܓܪܓܝܣ ܡܢ ܩܪܝܗ ܟܪܡܣܕܗ ܘܝܣܐܠ ܟܠܡ ܡܢ ܢܗܪܗ ܡܐܝܣܐܠ ܚܠܡܗ ܡܢ ܚܠ ܐܠܟܠ ܠܡܫܝܚܐ „ Inſpexit hunc li- „ brum ſervus humilis Georgins ex oppido Caremſadda. Petit ab „ unoquoque qui eum inſpexerit, ut ei miſerationem imploret a „ Meſſia omnes adiuvante [26]. “ Alio loco (fol. 107) duo alia nomina leguntur: Baruch filius Anſcharii, et Baſilius filius Eleaſaris, uterque ſervus divi Aaronis. Tertia in ultima codicis folio, Syriace, eademque qua contextus, litterarum forma, nitide exarata eſt: ܠܡܫܝܚܐ

[25] H. e. arabice litteris ſyriacis. Hoc modo ſcribere ſolent Chriſtiani Syri, quorum lingua vernacula Arabica eſt. Auctorem huius ſcribendi generis eſſe dicunt hominem aliquem, nomine Carſchun. Simili fere modo Chriſtiani S. Thomae malabarice ſcribunt litteris ſyriacis, cuius ſcripturae ſpecimina Romae vidimus.

[26] Videntur monachi, cum vicina monaſteria inviſerent, bibliothecam quoque coenobii, vel potius ſuppellectem librorum ſacrorum et liturgicorum inſpexiſſe, atque in illis libris qui ob aetatem vel venuſtatem celebrarentur, nomina ſua in huius rei memoriam inſcripſiſſe.

ܠܫܡܥܘܢ ܒܨܝܪܐ ܕܟܗܢܐ ܕܙܒܢ ܠܝ ܗܢܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܒܚܡܫܐ ܕܝܢܪܝܢ ܕܢܗܘܐ ܠܚܘܣܝܐ
ܕܚܛܗܝ ܘܕܢܗܘܐ ܣܝܡܬܐ ܘܢܝܚܐ ܠܒܢܝ̈ ܠܟܠܗܘܢ ܘܢܛܘܪܬܗܘܢ ܡܢ ܒܝܫܐ

„ Simeonis minimi ſacerdotum, qui mihi emi hoc Evangelium quin-
„ que denariis, ut ſit expiatio peccatorum meorum, et ut ſit theſau-
„ rus et quies omnibus liberis meis, et cuſtodia eorum a malo. "
E quibus omnibus nihil aliud fere efficitur, niſi codicem ante Seculum XIV exaratum, et celebrem fuiſſe apud Chriſtianos Orientis.

Ad internam huius exempli conditionem quod attinet: aſteriſcos aliasque notas criticas nusquam inveni; neque vocibus graecae originis vocalium notae appoſitae ſunt, quibus editio Whitiana abundat. Nomina propria, v. c. Marci III, 16 — 19 et alibi, quae in recenſione Harclenſi ad graecam pronunciationem accommodata ſunt, hic more Syrorum exarata leguntur. Praeterea hoc apographum et vocum graecarum lectione, et variis adnotationibus ſyriacis auctum eſt, quae in duobus praecedentibus deſiderabantur. Et illae quidem graecae voces margini appoſitae, ubi verba ſyriaca obſcuriora viderentur, admodum negligenter exaratae ſunt, tam quod ad orthographiam, quam calligraphiam attinet, imo adeo corruptae, ut ne imperitia quidem librarii excuſari queant.* Sed more Syrorum a Syro librario, graecae linguae ignaro, ſine dubio exaratae ſunt, et inde hunc in modum depravatae. Scribunt enim Syri (id quod ſaepe vidimus) non more Hebraeorum, vel Arabum, a dextra ad ſiniſtram, ſed Sinenſium inſtar a fronte paginae verſus pectus, quae deinde, converſa charta, a dextra ad ſiniſtram legunt. Eodem modo graeca illa verba ſcripta eſſe, non ſolum e poſitione eorum, lineis enim perpendicularibus margini appoſita ſunt, ſed etiam ex ipſa litterarum forma, ni fallor, patet. Exempla in imo margine ſequentis paginae addita rem illuceſcent. Ceterum ex hoc Syrorum


 ſcribendi

ſcribendi modo vocalium quoque, quibus hodie utuntur, forma et appoſitio explicari poteſt, quae litterae graecae ſunt, et quidem inverſae [27]. Si enim more Syrorum ſcribuntur, ܵ meras litteras graecas unciales habes; quae reverſa charta, hanc formam, [illegible], prouti in libris Syriacis reperiuntur, accipiunt. — Syriacarum adnotationum, quae praeter graecas voces in codice noſtro reperiuntur, aliae vetere, aliae recentiore litterarum forma exaratae ſunt. Illae continent vel verborum difficiliorum interpretationes, ut Matth. VI. 1. ܡܪܚܡܢܘܬܐ marg. ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܗܝ ܕܐܡܝܢ ܣܘܢܩܢܐ ܕܝܗܒܐ, vel varias lectiones, ut Matth. V. 46. ܡܟܣܐ h. e. ἐθνοι in marg. ܚܢܦܐ ܡܟܣܐ ἐθνικοι, alii τελωναι VIII. 28. ܠܐܬܪܐ ܕܓܕܪܝܐ in locum Gadarenorum, marg. ܕܓܪܣܝܐ Geraſenorum, cet. Quae omnia infra recenſebimus. Reliquae adnotationes litteris recentioribus ſcriptae pericoparum titulos plerumque et argumenta exhibent, e. c. Ad Matth. I. ܩܪܝ [28] ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܩܕܡ ܡܘܠܕܐ „ Lectio in „ Dominicam ante nativitatem." Ad c. VII. ܩܪܝ ܕܟܠܝܘܡ „ lectio quotidiana" Ad c. VIII. ܕܗܘ ܓܪܒܐ „ de leproſo" ibid. ܩܪܝ ܕܚܕܒ̈ ܕܗ̇ ܕܦܨܚܐ „ lectio in Dominicam V Paſſatis" et alia ſexcenta.

Sed ſatis de hoc codice. Progredimur ad duos alios, quos in Bibliotheca defuncti Praeſulis Stephani Evodii Aſſemani Romae vidimus

[27] Graecis vocalium figuris primum uti coepiſſe Theophilum Edeſſenum, qui circa annum Chriſti 791 obierit, cum Homerum ſyriace verteret, auctor eſt Aſſemanus T. I. Bibl. Or. p. 64.

[28] ܩܪܝ eſt compendium ſcriptionis pro ܩܪܝܢܐ *lectio, pericope*. Nunquam autem idem valet, quam Hebr. *Keri*. In illo loco, quem laudat Michaëlis a Whitio, in bibl. or'ent. T. XVI pag. 116 al. certe in fine verba aliqua exciderunt.



Digitized by Google

vidimus, ſed quo nunc migraverint, ignoramus, eosque antecedentibus etiam praeſtantiores. Uterque quidem, et alius tertius, qui tamen non eſt Philoxenianus, deſcriptus eſt a poſſeſſore in litteris ad cl. Ioſephum Whitium datis, adiectis editioni Whitianae huius verſionis T. II. pag. 641 ſqq. ſed tamen illam qui legerit recenſionem noſtram forte non ſuperfluam habebit.

IV. CODEX EVANGEL. ASSEMANIANUS I.

Primus itaque Aſſemanianus codex, ut reliqui Evangelia continens, nitide exaratus litteris antiquis, lineis continuis vel in columnas non diviſis, in membrana formae quartae, olim adſervabatur inter codices ſyriacos Aſſemanianos numero IX. Praemittitur index pericoparum ܟܬܒܐ ܕܩܪܝܢܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ (codex lectionum Evangelii) eodem fere ordine diſpoſitus, quam in codice Angelico; hunc excipiunt canones harmonici et diſſertatiuncula de genealogia Chriſti. Deeſt epiſtola Euſebii. Praecedit autem ſingula Evangelia, ut in codice Angelico, capitulorum index, quorum tamen numerus ab illo differt: contextui adduntur more ſolito notae harmonicae, pericoparum tituli al. Evangeliorum epigraphae alias tum capitum, tum numerorum Ammonicorum rationes ponunt, quam antecedentes: in Matthaeo ſunt capita 107, et numeri Ammonici 426; in Marco capita 50, numeri 200; in Luca capita 104, numeri 402; in Ioanne capita . . . . numeri 232. Ad calcem legitur epigraphe verſionis, quam ſupra exſcripſimus. Hanc excipit, quae in aliis codicibus deſideratur, hiſtoria paſſionis et reſurrectionis Chriſti, e quatuor Evangeliis collecta, hoc titulo: ܩܪܝܢܐ ܕܦܨܚܐ ܘܚܫܐ ܦܪܘܩܝܐ ܕܟܢܝܫܝܢ ܡܢ ܐܪܒܥܬܗܘܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܐܝܟ ܛܘܟܣܐ ܕܗܘܝܐ ܡܫܡܠܝܐ h. e. „ Pericopae „ paſſatis et paſſionis ſalutaris, collectae e quatuor Evangeliſtis, ſe- „ cundum

„ cundum recenſionem Thomae Harclenſis." Aera codicis incerta eſt. Thomae autographum eſſe, auctor quidem eſt Aſſemanus in litteris ſuis ad Whitium, ſed nullo omnino fundamento nititur haec ſententia, imo e mendis librarii aliisque criteriis certiſſime patet, non eſſe autographum. Unica, quae in ultima pagina legitur, adnotatio, et valde detrita eſt, et aera caret, nec eſt, quod eam hic apponamus.

In hoc quoque exemplo, ut in antecedenti, vocum difficilium lectio graeca, atque adnotationes ſyriacae, varii argumenti, margini adſcriptae reperiuntur. Graecae voces, recta linea contextui appoſitae, nitide exaratae, et frequentiores ſunt, nec tantis mendis abundant, quam illae in codice Angelico. Specimina earum, una cum ſpecimine contextus, exhibet tabula VI, aere inciſa. Adnotationes criticae quoque et numeroſiores ſunt, et notabiliores praecedentibus, continentque vel correctiones ſyriaci contextus, ubi nimirum interpres ſeveram accurationis legem transgreſſus videretur, vel verborum difficilium explicationes, vel denique varietates codicum graecorum. In his nonnullae aperte nominant codices antiquos, in quibus varia lectio fuerit reperta. Notas vocalium litteris appoſitas non reperi, neque nomina propria ad pronunciationem Graecorum depravata, nonnullis tamen exceptis, ut ܦܠܓܪܘܣ al. Sed notae criticae, aſteriſcus, obelus, item ſignum ⸓ ubi verba alterius laudantur, ut in editione Whitiana, contextui ſunt inſerta.

V. CODEX EVANGEL. ASSEMANIANUS II.

Omnibus, quos laudavi, codicibus praeſtat codex Evangeliorum Aſſemanianus II, inter codices ſyriacos Aſſemanianos numero X, membranaceus, formae quartae, paginis diviſis in duas, ut aiunt,

columnas:

columnas: mutilus paſſim, in primis verſus finem. Praemittitur ſingulis Evangeliis index των κεφαλαιων. Cetera, quae ad contextum pertinent, conveniunt cum antecedenti codice, ſigna critica, adnotationes criticae, margini atramento adſcriptae, pericoparum argumenta minio exarata, voces graecae, eodem modo, quam in codice Angelico, appoſitae cet. Graecae voces accuratius etiam, quam in praecedenti, absque mendo fere exaratae ſunt, ſed minus nitide. Syriacae adnotationes frequentiores ſunt in hoc, quam in omnibus aliis, quae vidimus, exemplis. Quam ob rem hunc codicem prae aliis aeſtimandum eſſe, cenſuimus. Evangeliorum epigraphae conveniunt cum codice noſtro 1, Florentino. Verſionis autem epigraphe et amanuenſis ſubſcriptio deſunt: mancus enim eſt codex, non ſolum in Marco et alibi, ſed praecipue finem verſus. Olim eas adfuiſſe, patet ex Aſſemani litteris ad Whitium datis, ubi teſtatur, calligraphum addidiſſe ſolitam Thomae Harclenſis epigraphen, in qua tria exempla graeca laudarentur: ſcriptum autem eſſe codicem a Noë Iacobita, Phoeniciae epiſcopo, in monaſterio S. Michaëlis, apud ܨܕܕ *Sadad* caſtrum ditionis Emeſenae, anno Graec. MDCCXCIV, Chr. 1483. Sed nunc inde a capite XVIII Ioannis omnia exciderunt, neſcio quo caſu. Praeter recentiorem adnotationem, carſchunice ſcriptam in margine folii 33 nihil inveni, quod ad hiſtoriam codicis illuſtrandam faceret. Haec incipit his verbis: ܐܠܚܡܕ ܠܠܗ ܕܐܝܡܐ ܟܠ ܗܕܐ ܩ ܠܡ ܬܚܐܢ ܐܢܗ ܠܠܡܣܝܚ ܝܣܘܥ ܡܢ ܣܢܗ ܐܠܡܣܝܚ ܢܝܣܢ ܚܡܣܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܚܡܣܗ ܠܟܗܢ ܢܘܪܝܬ rel. „Anno Domini 1554 dono dedit ſacerdos Ge-„orgius . . . . in eleemoſynam pro ſe ſancto Lucio cet., Scripturae codicis ſpecimen dedimus in tab. VI.

VI.

VI. EVANGELIARIUM BARBERINUM.

Ultimum, quod examinavimus, Philoxenianae verſionis exemplum, adſervatur Romae in Bibliotheca Barberina, No. 105. Membranaceum, formae maximae, ſplendido charactere exaratum, cuius ſpecimen exhibet tabula VII, 18 chartarum faſces vel paginas 352 complectens. Mancum atque imperfectum: lacunae tamen ab alio librario expletae ſunt. Continet pericopas evangelicas, in coetu ſacro recitandas, quarum indicem mox ſubiungemus. Epigraphe verſionis abeſt: amanuenſis autem ſubſcriptio lectu difficilis. Primum quinque animadvertuntur lineae, minio ſcriptae, eadem litterarum forma, qua contextus: in his nihil legere potui, niſi verba ... ܫܠܡ ܐܝܟ ܬܘܪܨܐ ܕܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ „explicit . . . ſecundum recenſionem Thomae Harclenſis.“ Deinde, ſpatio interiecto, iisdem litteris, ſed auro obductis, ſcriptum legitur: ܫܘܒܚܐ ܡܢ ܟܠ ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ — ܘܠܒܬܘܠܬܐ . . ܡܪܝܡ . . . ܢܗܘܘܢ ܥܠ ܡܢ ܕܡܩܢܐ ܘܟܬܘܒܐ ܘܩܪܝܢܐ ܐܡܝܢ „Laus ab omnibus, tribus, patri, filio et ſpiritui ſancto — et Virgini Mariae. — — ſit in poſſeſſorem et ſcriptorem, et lectorem, Amen.“ Iisdemque litteris auro obductis alia plura adduntur, quae induſtria deleta ſunt et exſtincta: In prima linea tamen apparent verba ܟܬܒ ܦܛܪܘܣ „ſcripſit Petrus“ in ſecunda ܡܣܟܢܐ et aliae paucae litterae. In his ipſis lineis alius quidam librarius litteris ſyriacis recentibus reſcripſit, quae ſequuntur: ܫܠܡ ܘܐܫܬܡܠܝ ܒܥܘܕܪܢܗ
ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܟܬܒܐ ܕܦܪܩܣܝܣ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ ܒܫܢܬ ܬܠܬ
ܡܐܐ ܒܬܪ ܣܘܠܩܗ ܕܡܪܢ ܡܫܝܚܐ ܒܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܒܐܘܚܕܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܒܠ ܥܠ
ܐܝܕܝ ܡܚܝܠܐ ܕܦܛܪܘܣ ܒܪ ܐܒܐ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܡܫܝܚܝܐ ܠܡܫܝܚܐ ܀
„perfectus et terminatus eſt auxilio D. N. Ieſu Chriſti liber pericoparum evangelicarum pro toto anno, anno CCC poſt aſcenſionem D. N. Chriſti, in Meſopotamia in ditione urbis Babel, per manus humiles

„ humiles Petri, menſe Martio, die 21 eiusdem. Laus Deo in ae„ ternum.“ Manifeſtum eſt, haec omnia ſuppoſititia eſſe, nec eſt, quod cum Hwiidio [29] teneamus, amanuenſem e vetuſtiori codice aeram exſcripſiſſe. Deeſſe videtur in fine codicis folium unum.

Subiungam nunc indicem omnium pericoparum, quae in hoc libro continentur, e quo tum, quae N. T. particula ſingulis diebus dominicis ex inſtitutione Thomae Harclenſis recitari ſoleret, tum etiam, quot capita et verſus Evangeliorum hic codex contineat, intelligi poteſt. Quae pericopae a recentiore manu inſertae ſunt, ubi mancus erat codex, aſteriſco diſtinguentur.

1. ܩܪܝܢܐ ܕܩܘܕܫ ܥܐܕܐ ܒܪܡܫܐ Pericopa in ſanctitatem feſti, ad veſperam. Matth. XVI. 13—19.
2. ܩܪܝܢܐ ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Io. X. 22—38.
3. ܕܣܘܒܪܗ ܕܙܟܪܝܐ Annunciationis Zachariae. Luc. I. 5—23.
4. ܩܪܝܢܐ ܕܡܐܙܠܬܐ Profectionis Mariae. Luc. I. 39—56.
5. ܕܡܘܠܕܗ ܕܝܘܚܢܢ Nativitatis Ioannis. Luc. I. 57—80.
7. ܩܪܝܢܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܩܕܡ ܥܐܕ ܡܘܠܕܐ ܘܓܠܝܢܗ ܕܝܘܣܦ ܒܪܡܫܐ Dominicae ante nativitatem, et revelationis Ioſephi ad veſperam. Matth. I. 1—17.
8. ܒܨܦܪܐ ad matutinum Matth. I. 18—25.
9. ܕܢܓܗܗ ܕܒܪܐ ܕܥܐܕ ܡܘܠܕܐ ad diluculum nativitatis Ieſu Io. I. 1—14.
10. ܕܠܠܝܐ ܕܥܐܕ ܡܘܠܕܐ nocte nativitatis. Luc. II. 1—20.
11. ܕܨܦܪܐ ܕܥܐܕ ܡܘܠܕܐ ad matut. nativitatis. Matth. II. 1—12.
12. * ܕܩܛܠܐ ܕܛܠܝܐ ܒܪܡܫܐ occiſionis infantium, ad veſp. Matth. II. 13—18.
13. * ܕܛܠܝܐ ܒܨܦܪܐ ad matutinum. Matth. II. 19—23.
14. * ܕܡܠܦܢܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܒܪܡܫܐ Baſilii et Gregorii, ad veſp. Io. VII. 37—40.

[29] A. Chr. *Hwiid* ſpecimen ineditae verſionis arab. Samar. Pentateuchi, Romae 1780. Praefatio pag. 12. 13.

15. ܕܨܦܪܐ ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ ad matut. Io. X. 1 ſq.
16. ܕܠܠܝܗ ܥܐܕܐ ܕܕܢܚܐ ad diluculum feſti Epiphaniae. Marc. I. 1—11.
17. ܕܠܠܝܐ ܕܩܘܕܫ ܡ̈ܝܐ nocte benedictionis aquae Io. IV. 5—30.
18. ܕܕܢܚܐ ܒܨܦܪܐ ad matut. Epiphaniae Matth. III. 1—17.
19. ܕܕܢܚܐ ܒܩܘܪܒܐ ad ſacrificium miſſae Epiph. Luc. III. 1—22.
20. * ܕܦܣܩ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܒܪܡܫܐ decollationis Ioannis ad veſp. Matth. XIV, 1—12.
21. * ܕܨܦܪܐ ad matut. Marci VI. 14—16.
22. ܕܡܥܠܢܗ ܕܡܪܢ ܠܗܝܟܠܐ introitus D. N. in templum. Luc. II. 22—39.
23. ܕܠܠܝܗ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܡܥܠܢ ܨܘܡܐ ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܒܩܘܪܒܐ ad diluculum Dominicae, qua ingreditur ieiunium; item commemorationis Deiparae, ad miſſam. Io. II. 1—11.
24. ܕܨܦܪܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܡܥܠܢ ܨܘܡܐ ad matut. Dominicae, qua incipit ieiunium. Matth. IV. 1—11.
25. * ܕܠܠܝܗ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܕܨܘ ad dilucul. II. Dom. ieiunii Matth. VIII. 1—17.
26. * ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Marc. I. 35—45.
27. * ܕܠܠܝܗ ܕܚܕܒܫܒܐ ܓ̄ ܕܨܘܡܐ ad dilucul. III Dom. Luc. V. 17—26.
28. * ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Io. V. 1—18.
29. * ܕܚܕܒ̄ ܕܐܪ̈ܒܥܐ ܕܨ̄ ܒܪܡܫܐ IV Dom. Iei. ad veſp. Matth. XV. 21—31.
30. * ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Marci VII. 24—37.
31. * ܕܪܡܫܐ ܕܦܠܓܗ ܕܨܘܡܐ ad veſp. Dom. ſemiieiunii. Luc. XV. 11—32.
32. * ܕܨܦܪܐ ܕܦܠܓܗ ad matut. ſemiieiunii. Io. III. 13—21.
33. * ܕܚܕܒ̄ ܕܚܡܫܐ ܕܨܘ V Dom. Iei. Marc. X. 46—52.
34. * ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Luc. VIII. 26—35.
35. * ܕܠܠܝܗ ܕܚܕܒ̄ ܕܫܬܐ ad dilucul. VI Dom. Iei. Luc. X. 25—37.
36. ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Matth. XX. 29—34.

37.

37. ܕܩܝܡܬܐ ܕܠܥܙܪ ܒܪܡܫܐ ܕܢܓܗܗ ܫܒܬܐ Io. XI. 1—46.
38. * ܕܨܦܪܐ ܕܫܒܬܐ Io. II. 12—19.
39. * ܕܢܓܗܗ ܕܥܐܕܐ ܕܐܘܫܥܢܐ ad diluc. feſti palmarum. Luc. XIX. 28—40.
40. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܐܘܫܥܢܐ ܒܨܦܪܐ ad matut. Dom. palmar. Matth. XXI. 1—22.
41. ܕܒܥܘܬܐ ܕܐܘܫܥܢܐ petitionis palmarum. Marc. XI. 1—23.
42. ܕܩܘܪܒܐ ܕܐܘܫܥܢܐ oblationis palmarum. Io. XII. 12—19.

Sequuntur

ܦܪܩܐ ܕܫܒܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܚܫܐ *pericopae in hebdomada S. paſſionis.*

43. ܩܕܡܝܐ ܕܢܓܗܗ ܠܬܪܝܢ ܒܫܒܐ primum, ad diluc. feriae ſecundae (h. e. veſpera ante feriam ſecundam) Luc. XIX. 41—48.
44. ܕܠܠܝܐ ܕܩܪܝܒܗ ܠܠܡܐܢܐ nocte prope portum [30]. Matth. XXV. 1—13.
45. ܕܨܦܪܐ. ܕܬܪܝܢ ܒܫܒܐ ܕܚܫܐ ad matut. feriae ſecundae. Matth. XXI. 23—32.
46. * ܕܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܕܒ meridie feriae ſecundae. Matth. XXII. 34 ſ.
47. ܕܢܓܗܗ ܠܬܠܬܐ ܒܫܒܐ ܕܚܫܐ ad dilucul. feriae tertiae. Matth. XXII. 15—22.
48. ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Io. VIII. 28—59.
49. ܡܢܝܢܐ ܕܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ad meridiem Io. VIII. 19—27.
50. ܕܢܓܗܗ ܕܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܕܚܫܐ ad dilucul. feriae quartae. Io. XI. 47—54.
51. ܕܨܦܪܐ ad matutinum Io. VI. 63 — VII. 13.
52. * ܕܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܡܛܠܗ ad meridiem. Io. VII. 14—36.
53. ܕܢܓܗܗ ܚܡܫܐ ܕܐܪܙܐ ܡܛܠܗ ad dilucul. feriae V myſterii (inſtitutionis S. coenae) Io. VII. 37—43.
54. ܕܨܦܪܐ ad matut. Proditio Iudae, harmonice.

I 3 55.

[30] Ita nuncupatur feria ſecunda eius hebdomadis, quae dominicae palmarum proxima eſt, teſte Aſſem. B. O. T. I. pag. 24 qui phraſin ex Ephraemo illuſtrat. Conf. Michaëlis ſupplementa ad Lexica Hebr. in voce ܡܚܐ

55. ܕܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܕܩܘܕܫ ܡܘܪܘܢ ad merid. conſecrat. *του μυρου*. Matth. XXVI. 6 ſ.

56. ܡܢ ܕܬܫܥ ܫܥܝܢ ܫܘܝܓܬܐ ad horam IX lavationis pedum Io. XIII. 1—19.

Sequuntur ܦܘܪܫܐ ܕܩܪܝܢܐ ܘܕܚܫܐ ܕܡܠܩܛܝܢ ܡܢ ܐܪܒܥܬܗܘܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܐܝܟ ܛܘܪܣܐ ܕܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ „ Pericopae in feſtum paſchae et paſſionis „ collectae e IV Evangeliſtis, ſecundum inſtitutionem Thomae „ Harclenſis. “

57. ܕܢܓܗܘܗ ܥܪܘܒܬܐ ܕܙܩܝܦܘܬ ad dilucul. feriae VI crucifixionis.

58. 59. 60. ܡܢ ܕܒܬܪ ܩܘܡܐ ܩܕܡܝܐ. ܕܬܪܝܢ - ܕܬܠܬܐ ܕܠܠܝܐ ܕܥܪܘܒܬܐ Pericopae temporis primi, ſecundi, tertii noctis feriae VI.

61. ܕܨܦܪܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܙܩܝܦܘܬ ad matutinum feriae VI crucifix.

62. ܕܬܠܬ ܫܥܝܢ ܕܥܪܘܒܬܐ ad horam III feriae VI.

63. ܕܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ad meridiem feriae VI.

64. ܕܬܫܥ ܫܥܝܢ ad horam IX feriae VI.

65. ܕܣܓܕܬܐ ܕܨܠܝܒܐ ܕܥܪܘܒܬܐ adorationis crucis feriae VI.

66. ܕܢܓܗܘܗ ܫܒܬܐ ܕܣܘܒܪܬܐ ad dilucul. ſabbati annunciationis.

67. ܕܨܦܪܐ ad matutinum eiusdem ſabbati.

ܫܠܡܘ. ܦܘܪܫܐ ܕܫܒܬܐ ܕܚܫܐ ܕܡܠܩܛܝܢ ܡܢ ܐܪܒܥܬܗܘܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܟܠܠ ܕܩܪܐ ܢܨܠܐ „ Expliciunt pericopae paſſionis collectae e IV Evan- „ geliſtis. Quicunque eas legerit, preces fundat. “

68. ܕܢܓܗܘܗ ܕܚܕܒܫܒܐ ܪܒܐ ܕܩܝܡܬܐ ad dilucul. Dom. reſurrect. Matth. XXVIII. 1 — fin.

69. ܦܘܪܫܐ ܕܠܠܝܐ ad noctem. Luc. XXIV. 1—12.

70. ܕܨܦܪܐ ad matutinum Io. XX. 1—18.

71. ܡܢ ܕܩܝܡܬܐ ܠܩܘܪܒܐ reſurrect. ad oblationem Marci XVI. 2—8.

72. ܕܢܓܗܘܗ ܬܪܝܢ ܒܫܒܐ ܕܫܠܝܐ ad diluc. feriae II quietis. Luc. XXIV. 13—35.

73.* ܕܨܦܪܐ ad matutinum. Marci XVI. 9 — fin.
74.* ܕܠܠܝܗ ܚܕܒܫܒܐ ܚܕܬܐ ad diluc. Domin. I. Io. XX. 19—25.
75. ܕܨܦܪܐ ad matut. Io. XX. 26—31.
76. * ܕܚܒܫ̇ ܕܒ̄ ܕܒܬܪ ܩܝܡܬܐ ܒܪܡܫܐ Dom. II. poſt reſurr. veſpere. Io. XXI. 1—14.
77. ܕܨܦܪܐ ad matut. Io. XXI. 15 — fin.
78. ܕܠܠܝܗ ܕܚܒ̄ ܕܬܠܬܐ ad diluc. Dom. III. poſt reſurr. Io. VI. 16—29.
79. ܕܨܦܪܐ ad matut. Matth. XIV. 22—33.
80. * ܕܠܠܝܗ ܚܒ̄ ܕܐܪܒܥܐ ad diluc. Dom. IV. Luc. V. 27—38.
81. * Ad matutinum. Io. III. 11—21. conf. peric. 32.
82. * Ad diluc. Dom. V. Io. XIV. 1—11.
83. * Ad matutinum Dom. V. Io. XVI. 16—25.
84. ܕܥܐܕܐ ܕܣܘܠܩܐ ܒܪܡܫܐ feſti aſcenſionis ad veſp. Luc. XXIV. 36 — fin.
85. * Ad matutinum eiusd. feſti. Matth. XXVIII. 16 — fin.
86. * Ad diluc. Dom VI poſt reſurr. Io. XVI. 31 — XVII. 12.
87. * Ad matutinum. Io. XVII. 13—24.
88. * Ad oblationem. Io. XIII. 31—36.
89. ܕܠܠܝܗ ܚܒܫ̇ ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ ad diluc. feſti Pentec. Io. XIV. 15 ſeqq.
90. ܕܠܠܝܗ ܥܐܕܐ ܕܡܛܠܠܐ ad diluc. feſti tabernacul. Matth. XVI. 27 — XVII. 13.
91. ܕܨܦܪܐ ܕܥܐܕܐ ܕܡܛܠܠܐ ad matutinum. Luc. IX. 27—36.
92. ܕܠܠܝܗ ܥܐܕܐ ܕܨܠܝܒܐ ad diluc. feſti crucis. Matth. XXIV. 1—30.
93. Ad matutinum. Marci XIII. 1—26.

ܩܪܝܢܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܡܬܟܪܟܢܐ „ Pericopae Dominic. ambientium. ".

94. ܕܠܠܝܗ ܩܕܡܝܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ ad dil. I. Pentecoſt. Io. XV. 1—19.
95. Ad matutinum. Matth. XI.
96. Ad diluculum Dom. II. Marci VI. 7—13.
97. Ad matutinum. Luc. IX. 1—6.

98.

98. Ad diluculum Dom. III. Luc. X. 1—16.
99. Ad matutinum. Luc. X. 17—24.
100. Ad diluculum Dom. IV. Marci IV. 1—8.
101. Ad matutinum. Luc. VIII. 4—15.
102. Ad dilucul. Dom. V. Matth. XIII. 24—35.
103. Ad matut. Matth. XIII. 36—43.
104. Ad dilucul. Dom. VI. Marci IV. 21—34.
105. Ad matutinum. Matth. XIII. 44—52.
106. Ad diluculum Dom. VII. Luc. XII. 13—21.
107. Ad matutinum. Luc. XII. 22—31.
108. Ad diluculum Dom. VIII. Matth. XVII. 22—27.
109. Ad matutinum. Luc. VI. 35—38.
110. Ad diluculum Dom. IX. Marci X. 32—45.
111. Ad matutinum. Marci VII. 1—15.
112. Ad diluculum Dom. X. Matth. XXII. 1—14.
113. Ad matutinum. Luc. XI. 45 — XII. 3.
114. Ad diluculum Dom. XI. Marci X. 1—16.
115. Ad matutinum. Matth. XIX. 1—12.
116. Ad diluculum Dom. XII. Luc. XIII. 18—30.
117. Ad matutinum. Luc. XII. 49 — fin.
118. ܕܕܘܟܪܢܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ recordationis Deiparae Marc. III. 28—35.
119. ܕܕܘܟܪܢܐ ܕܫܠܝܚܐ recordationis apoſtolorum Matth. IX. 37 ſqq.
120. Alia. Matth. XIX. 23—30.
121. ܕܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ recordationis martyrum Matth. X. 16—33.
122. Alia. Luc. XII. 4—12.
123. ܒܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ recordat. ſanctorum Luc. XII. 32—48.
124. Alia in recordat. martyrum. Matth. XXIII.
125. Deprecationis tempore calamitatis. Luc. IV. 25—32.

126. Alia. Luc. XIII. 1—5.

127. ܕܘܟܪܢܐ ܕܟܗ̈ܢܐ recordationis ſacerdotum Matth. XXV. 14—30.

128. Recordationis epiſcop. monachorum et peregrinantium. Matth. XXV. 31 ſ.

129. ܕܕܘܟܪܢܐ ܕܟܠܝܘܡ recordationis quotidianae Matth. XV. 32—39.

Ad pericopen 78 margini adſcripta ſunt nomina quae ſequuntur: يوسف شمعون ماروني سنة ١٧٠٩ „Ioſeph Simeon Maronita anno 1709" et اندراوس بن شمعون القبرسي „Andreas fil. Simeonis e Cypro."

Verba graeca, quae in margine codicis occurrunt, bene et accurate ſcripta: adnotationes ſyriacae autem rariores ſunt, et infra cum reliquis recenſebuntur.

Ceterum, ut, quantum inter ſe vel conveniant, vel diſſentiant hi codices Philoxeniani, diiudicare queant eruditi, ſubiungamus diſcrepantias unius pericopes Ioa. V, 1—9. e praecipuis codicibus collectas.

	Ed. Whitii.	Cod. Flor.	Angel.	Aſſ. I.	Aſſ. II.
1.	ܐܝܬܘܗܝ	ܐܝܬܘܗܝ	ܐܝܬ	ut cod. Florent.	
	ܕܝܘ̈ܕܝܐ	ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ	ut Wh.	ut Flor.	ut Wh.
4.	ܗ̇ܘ	ܘܗ̇ܘ	ܗ̇ܘ	ܗ̇ܘ	ܘܗ̇ܘ
	ܒܐܝܢܐ	ܒܐܝܢܐ	ܡܢ ܒܐܝܢܐ	ut cod. Florent.	
	ܐܚܝܕ	ܕܐ ܐܚܝܕ	ܕܐܚܝܕ	ut cod. Florent.	
5.	Wh. et Fl. ܗܘܐ	ܐܝܬܘܗܝ	ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ	ut cod. Florent.	
	ܒܟܪܐ	ܟܪܐ	ܒܟܘܪܗܢܗ	ut cod. Florent.	
	ܕܪܡܐ	ܕܐܪܡܐ	ܕܪܡܐ	ܕܪܡܐ	ܕܪܡܐ
	ܕܗܘܐ ܪܡܐ	Noſtri omnes habent ܕܪܡܝܐ			
7.	ܡܫܬܓܫ	ܡܫܬܓܫ	ܡܢ ܡܫܬܓܫ	ut cod. Florent.	

In editione Whitiana medius verſus 4 notatur aſteriſco, medius obelo. Noſtri ſignum criticum non apponunt, excepto codice Aſſe-

maniano

maniano II, qui totum verſum obelo notat. Verba ܥܡ ܡܠܐܟܐ v. 7. ab omnibus inſeruntur, nullo ſigno critico damnata. Neque reliqua ſigna critica Whitii v. 7 et 9 in noſtris reperiuntur. His apponendis accuratior eſſe videtur codex Whitii vel Oxonienſis. Codex Angelicus maxime a reliquis abhorret, ſed ſaepe conſentit cum graeco.

ALII CODICES, A NOBIS NON EXAMINATI.

Omnes, quos vidimus, codices Philoxenianae verſionis Evangelia tantum continent. Errat enim Ridley (l. c. p. 46) auctoritate Aſſemani deceptus, qui codicem Angelicum totum N. T. complecti aſſerit. Exſtant tamen alii, ceteros etiam N. T. libros continentes, quos hoc loco memorare non ſuperfluum erit.

Primus et principalis eſt ille Oxonienſis, olim Ridleyanus, cuius primam partem, Evangelia nimirum, edidit Oxonii cl. White. Complectitur praeter Evangelia acta apoſtolorum, ſeptem epiſtolas catholicas, et epiſtolas Pauli. Cuius eruditam deſcriptionem dedit Ridley in diſſertatione ſupra laudata pag. 47 ſeqq.

Alium codicem, plures tum Evangeliorum, tum Epiſtolarum pericopas continentem, exſtare in Bibliotheca Vaticana, e Catalogo Aſſemaniano (P. I. T. II. p. 239 ſ.) didicimus. „ Codex eſt for„ mae octavae, inquit Aſſemanus, bombycinus, foliis conſtans 120, „ ſyriaco recentiori charactere eleganter exaratus, inter codices ſy„ riacos Vaticanos olim trigeſimus ſextus (nunc XXXV), quo conti„ netur *Miſſale ſyriacum, iuxta ritum Iacobitarum*, hunc in ordi„ nem digeſtum. Lectiones Apoſtolicae et Evangelicae ex verſione „ Heracleenſi, nec non prooemia cum ſuis ordinibus pro ſingulis „ hebdomadae diebus — — Sequuntur anaphorae Sanctorum, et „ alia — Hic codex ſcriptus eſt, ut epigraphe docet ܒܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܬܫܥܡܐ „ anno

„ anno Graecorum MDCCCXXX, h. e. Chr. 1519." Pericopae in hoc codice reperiuntur ſequentes, hoc ordine diſpoſitae: 1 Cor. XI. 23 ſ. Matth. XXVI. 26 ſ. 1 Cor. XV. 20 ſ. Marci XVI. 2 ſ. Rom. XI. 32 ſ. Matth. XIV. 14 ſ. 1 Io. IV. 7 ſ. Io. VI. 47 ſ. Ebr. II. 14 ſ. Luc. VIII. 16 ſ. 1 Cor. XII. 28 ſ. Luc. IX. 12 ſ. Gal. II. 17 ſ. Io. XIX. 25 ſ. 1 Theſſ. IV. 13 ſ. Io. V. 19 ſ. Quarum indicem hic apponere voluimus, in eorum uſum, quibus forte huius codicis examinandi facultas data fuerit. Pericopae evangelicae certe ſunt e Philoxeniana verſione depromtae: conveniunt enim eorum initia, ab Aſſemano laudata, cum editione Whitiana. e. c. Matth. XXVI. 26 habet codex noſter cum editione illa: ܟܕ ܗܘܘ ܠܥܣܝܢ ܗܢܘܢ ܢܣܒ ܝܫܘܥ ܠܚܡܐ. Simplex autem legit: ܘܟܕ ܗܢܘܢ ܠܥܣܝܢ ܢܣܒ ܝܫܘܥ ܠܚܡܐ Marci XVI. 2: codex cum ed. Wh. ܘܫܦܝܪ ܨܦܪܐ ܕܒܚܕܒܫܒܐ ܐܬܝ ܠܘܬ ܩܒܪܐ. Simplex: ܒܨܦܪܐ ܕܝܢ ܒܚܕ ܒܫܒܐ ܐܬܝ ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ Luc. IX. 12. codex cum ed. Wh. ܗܘ ܝܘܡܐ ܕܝܢ ܫܪܝ ܠܡܪܟܢ ܐܡܪܘ ܠܗ ܬܪܥܣܪܬܗܘܢ ܠܟܢܫܐ. Simplex: ܩܪܒܘ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܫܪܝ ܠܟܢܫܐ Ioa. XIX. 26 codex cum ed. Wh. ܠܘܬ ܐܡܐ ܕܝܠܗ Simplex: ܠܘܬ ܐܡܗ In Epiſtolis autem plurima conveniunt cum ſimplici, exceptis his: Ebr. II. 14. ܡܛܠ ܗܟܝܠ ܕܒܢܝܐ ܐܫܬܘܬܦܘ ܒܒܣܪܐ ܘܕܡܐ ubi ſimplex legit ܐܫܬܘܬܦܘ, quo tamen loco Philoxeniana, teſte Wetſtenio, habet ܒܕܡܐ ܘܡܫܘܬܦܐ 1 Theſſ. IV. 13 ܐܚܝ̈ ܙܕܩܐ ܐܢܐ ܕܬܕܥܘܢ. Simpl. ܙܕܩܐ ܐܢܐ ܕܬܕܥܘܢ ܐܚܝ̈ Quae mihi quidem varietates potius verſionis ſimplicis, quam Philoxenianae lectiones eſſe videntur.

Idem ſentio de alio Miſſali Iacobitarum, Aſſemano cod. XXXVI, ubi quidem pericopae evangelicae ad Philoxenianam, epiſtolicae autem ad Simplicem pertinent. In aliis Iacobitarum Miſſalibus, Aſſem. codd. XXV. XXVI omnia contextum verſionis ſimplicis ſequuntur. Nullus igitur integer Evangeliorum codex Philo-

 xenianus

xenianus in Bibliotheca Vaticana, in reliquis fere omnibus locupletiſſima, reperitur.

His accedunt codex Barſalibaei, et codex Bodleianus, Evangelia exhibentes, ille deſcriptus a Gloceſtrio Ridley in diſſertatione de ſyriacis N. T. verſionibus pag. 49. hic a Storrio in obſervationibus ſuper N. T. verſionibus ſyriacis pag. 59. Conferatur etiam Henrici Eb. Gottl. Paulli accuratior manuſcriptorum, quibus verſio N. T. Philoxeniana continetur, catalogus: quem mihi inſpicere non contigit.

CODICES SPURII ET SUSPECTI.

Praeterea codices nonnullos laudarunt Ridley in diſſertatione laudata p. 45 et Aſſemanus, qui tamen temere Philoxeniani dicuntur, nec aliam niſi vulgatam Syrorum verſionem continent.

De duobus codicibus Nitrienſibus, et de codice Florentino, Ridleyanis I. II. V. conſtat, eos ſimplicem complecti. A nobis ſupra deſcripti ſunt pag. 3. 10. et 11. Item Ridleyani VII. XII. XIII. XIV ſuſpecti ſunt: tertius autem, quartus, ſextus, octavus et decimus quintus Ridleyani nobis ſunt codices IV. VI. I. II. III. Philoxeniani.

Codex tertius Aſſemanianus, qui ab Aſſemano nepote tamquam Philoxenianus deſcribitur in epiſtola ad cl. Whitium, editioni verſionis Philoxenianae annexa, eandem vulgatam verſionem continet. Inſpeximus, examinavimus, comparavimus codicem cum aliis exemplis, ſed nullum Philoxenianae veſtigium reperimus, niſi partem epigraphes, quam cum ſubſcriptione nominis ſui mire coniunxit amanuenſis, ita tamen, ut Thomae Harclenſis nomen, et graecos codices, quos ipſe ſcilicet adhibere non poterat, ſcite omitteret, atque loco monaſterii Antonianorum ſui coenobii nomen ܕܝܪܐ ܡܨܥܝܬܐ
ܛܘܒ

ܡܪܝ ܕܘܡܛ „ in coenobio ſancto S. Domitii " inſereret, et denique aeram recenſionis Harclenſis DCCCCXXVII commutaret in annum MDCCLXXXXIX (Chriſti 1488). Corruptam Philoxenianae epigraphen ex hoc codice refert Aſſemanus in editione Whitiana T. II. p. 649. huic nomen ſuum addit amanuenſis, his verbis ab Aſſemano omiſſis: ܫܠܡ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܐܝ̈ܕܝ ܚܛܝܐ . . . ܘܡܛܠ ܣܘܓܐܐ ܕܚܛܗ̈ܘܗܝ ܠܐ ܫܘܐ ܗܘ ܕܢܟܬܘܒ ܫܡܗ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܨܠܘܬܐ ܪܫܡܗ. ܐܢ ܕܝܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܠܡܕܥ ܫܡܗ ܕܚܛܝܐ ܗܢܐ ܩܐܡ ܒܐܬܘܬܐ ܕܡܢܝܢܐ. ܘܐܢ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܚܟ ܩܢܟ ܒܐܝܕܟ . . . :

„ Finitus autem eſt hic liber per manus peccatoris . . . qui propter multitudinem peccatorum ſuorum non dignus eſt, qui nomen ſuum ſcribat in hoc libro, ſed tamen precum cauſa adſcripſit. Quod ſi ſcire cupis nomen huius peccatoris, conſtat e notis numeralibus 2. 6. 200. 20. 400 et 1. (Syriace: ܒ ܘ ܪ ܟ ܬ ܐ nomen igitur eſt ܒܘܪܟܬܐ) Si autem has ignoras, frica manu tua „ barbam. "

Alium codicem Philoxenianae laudat Aſſemanus in catalogo Bibl. Vat. inter ſyriacos Vaticanos numero XVIII, qui Evangelium S. Ioannis e recenſione Harclenſi contineat. Sed hunc quoque vulgatam ſyriacam continere, ex utriusque collatione compertum habeo. Quae ad calcem libri leguntur pericopae e Matthaeo, Marco, Luca ſelectae cum aliis verſionibus non contuli, nec ideo cui verſioni debeantur affirmare poſſum; quae tamen, ſi nomina propria more Philoxeni ſcripta animadvertas, Philoxenianae potius quam ſimplici tribuendae videntur. E. c. Zachariae nomen Luc. I. 5 ſcribitur ܙܟܐܪܝܐܣ, et in margine obſervatur, ſimplicem rectius hoc nomen habere ܦܫܝܩ ܙܟܪܝܐ. Quidquid ſit, codex neque notabilis eſt, neque

 antiquus,

antiquus, exaratus in charta vulgari, litteris recentibus, anno Gr. ܐܠܦ ܘܬܫܥܡܐ 1792 Chr. 1481 in deſerto Scetenſi.

Sed quid dicam de codice Florentino, in Bibliotheca S. Marci PP. Dominicanorum aſſervato, numero 724, qui Apocalypſin e verſione Philoxeniana continere, et Thomae Harclenſis nomen in epigraphe quoque laudare dicitur? [11] Specimen eius, quod mecum communicavit eruditiſſimus meique amantiſſimus Angelus Maria Bandinius, Laurentianae Bibliothecae praefectus, in litteris ad me datis d. 14 Sept. 1784, omnino eundem exhibet contextum, qui in editionibus noſtris typis expreſſis legitur. Incipit his verbis:
ܓܠܝܢܐ ܕܗܘܐ ܥܠ ܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܣܛܐ. ܡܢ ܐܠܗܐ ܒܦܛܡܘܣ ܓܙܪܬܐ. ܕܐܫܬܕܝ
ܠܗ ܡܢ ܢܪܘܢ ܩܣܪ، ܓܠܝܢܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܗ ܐܠܗܐ.
ܠܡܚܘܝܘ ܠܥܒܕܘܗܝ ܕܡܕܡ. ܕܘܠܐ ܕܢܗܘܐ ܒܥܓܠ ܘܐܫܘܕܥ ܟܕ ܫܕܪ
ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ ܕܝܠܗ ܠܥܒܕܗ ܝܘܚܢܢ، ܗܘ ܕܐܣܗܕ ܠܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ،
ܘܠܣܗܕܘܬܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܟܠܗܝܢ ※ ܗܠܝܢ ܕܚܙܐ ܛܘܒܘܗܝ ܠܗܘ ܕܩܪܐ،
ܘܠܗܢܘܢ ܕܫܡܥܝܢ ܠܡܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܗܕܐ، quae omnia reſpondent verſioni, apud nos ſaepius editae, praeter vocem ܗܠܝܢ, cum aſteriſco inſertam. Tenendum igitur eſſet, hanc etiam verſionem, a Ludovico de Dieu primum editam, et deinde novo Teſtamento ſyriaco inſertam, Philoxenum auctorem habere. Sed tamen a genio Philoxenianae verſionis tantidem differt, quantum a ſimplice. Accuſativum quidem, ut Philoxenus, per ܠ praefixum exprimit, ſed tot graecis verbis civitatem vel potius peregrinitatem non dedit, voces vel phraſes origine ſyriacas ſyriace reddidit, nulla ſuperflua explicatione addita, ut c. I. 8. conf. verſ. Philox. Matth. XXVII. 46. Marci V. 41. XIV. 36 al. verba compoſita non expreſſit, ut *συγκοινωνος* c. I. 9. ܫܘܬܦܐ, conf. Philox. *συλλυπουμενος* Marci III. 5. *εκφοβοι* IX. 6. et

[11] Vid. ſis praefat. Whitii ad editionem Philoxenianae p. XV.

Digitized by Google

et alia multa, nomina propria more Syrorum, non ad Graecorum pronunciationem ſcripſit, verbo, litteris non tam anxie inhaeſit quam Philoxenus. Statuimus, hanc Apocalypſeos verſionem ab alio quidem, quam verſio ſyriaca vulgata Evangeliorum, factam eſſe, ſed Philoxenum auctorem non agnoſcere.

ADNOTATIONES CRITICAE, MARGINIBUS CODICUM PHILOX. ADSCRIPTAE.

His omnibus praemiſſis, adnotationes criticas aliasque, quas in marginibus codicum verſionis Philoxenianae reperimus, ſingulas recenſebimus, easque, quas editio Whitiana, vel cum noſtris conſentiens, vel ſola habet, aſteriſco diſtinguemus. Quantum autem pretium hiſce variis lectionibus, e codicibus collectis, qui ſeptimo Seculo praeſtantiores iam haberentur, tribuendum ſit, quisque facile iudicabit. Contextum Evangeliorum non contulimus cum graeco, cum hoc ab aliis viris eruditis factitatum videremus [32].

Matthaeus.

*I. 7. ܠܐܒܝܐ marg. ܠܐܒܝܘܕ Cod. *Aſſem.* II. Αβιουδ ſolus codex Cantabrigienſis, Wetſtenio D.

*I. 7. ܠܐܣܐ marg. ܠܐܣܐܦ *Aſſem.* II. Ασαφ *Wetſt.* codd. C. D. 1. *Birchio* cod. Vaticanus [33].

I. 11. ܝܘܟܢܐ marg. ΪΥCHIN et ad eandem vocem ܠܝܘܩܝܡ ܝܘܩܝܡ ܕܝܢ ܐܘܠܕ *Aſſ.* II. Hoc membrum: (Ioſias genuit) Ioachimum, Ioachim autem genuit" in editione Whitiana contextui inſertum eſt.

[32] Nimirum a Wetſtenio in edit. N. T. graeci, et a Storrio in Repertorio biblico T. X. p. 1 ſqq

[33] Celebris ille codex, Wetſtenio B, totus collatus ab *Andrea Birchio* cum multis reliquis, in ſplendida Evangeliorum graecorum editione, quae Hafniae prodiit 1788. 4to.

E margine forte in contextum irrepſit. conf. I. 22. II. 23. Additur idem membrum a graecis *Wetſt.* D. *Birch.* Vat. 349. Eſcurial. 9. 12. et *Mosquenſibus* [14] duobus.

I. 20. *Aſſ.* I. habet in contextu ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ in marg. ܩܕܝܫܐ Illa lectio e ſimplici petita, haec Philoxeniana eſſe videtur; editio Whitii habet ܩܕܝܫܐ in contextu.

I. 22. *Aſſ.* II. ܒܝܕ ܢܒܝܐ addito in marg. ܕܐܫܥܝܐ Editio Wh. hoc additamentum contextui inſerit ܒܝܕ ܐܫܥܝܐ ܗܘ ܢܒܝܐ „per Ieſaiam prophetam" Conſentiunt *Wetſt.* cod. D et codd. latt. *Birchii* cod. Vatic.

II. 5. ܢܒܝܐ marg. ܡܝܟܐ Micha *Aſſ.* I. Gloſſa eſſe videtur.

• II. 11. ܥܠܘ εισελθοντες marg. ܐܬܘ ελθοντες *Aſſ.* I. Correctio forte.

II. 15. ܒܝܕ ܢܒܝܐ „per prophetam" legitur in cod. *Aſſ.* I. ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܩܪܝܬ ܠܒܪܝ . ܐܝܟ ܗܘ ܕܟܬܝܒ [illegible] „E libro ignoto. Niſi quae in Hoſea de Iſraele dicun„tur (Hoſ. XI. 1.) myſtice transferantur ad Meſſiam.

• II. 17. Sola ed. Whitii ad verba ܒܝܕ ܐܪܡܝܐ „per Ieremiam" addit in marg. ܒܝܕ ܡܛܠ ܐܘ ܐܪܡܝܐ ܡܢ ܢܒܝܐ „Graecus a Ieremia legit, non per." Criticus forte pro certo habuit, inquit White, lectionem codicis Philoxeniani fuiſſe ὑπο, idque eum male reddidiſſe ܒܝܕ *per*, loco ܡܢ *a*. Sed potius Philoxenus in ſuo codice legit δια, quam lectionem multa exempla graeca tuentur.

• II. 20. *Ed. Wh.* ܗܢܘܢ „illi" marg. ܟܠܗܘܢ „omnes illi". Cum codd. latt.

II. 23. *Aſſ.* I. ܢܒܝܐ „per prophetam" marg. ܢܒܝ̈ܐ „per prophetas" White hanc lectionem in textum recepit.

II.

[14] Codices Mosquenſes primum contulit *Chriſt. Fr. Matthaei*, in illa, quae his annis Rigae prodiit, N. T. editione.

II. 23. *Aſſ.* I. ܢܨܪܝܐ ܢܬܩܪܐ „ Nazarenus vocabitur“ marg. ܡܢ ܒܟܬܒܐ ܕܠܐ ܝܕܝܥ . ܐܝܟ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܗܘ ܕܢܦܘܩ ܢܘܪܒܐ ܡܢ ܥܩܪܗ ܕܐܝܫܝ ܗܘ ܢܘܪܒܐ ܓܝܪ ܒܥܒܪܐܝܬ ܢܘܨܪܐ ܡܬܩܪܐ „ E libro ignoto. Secun-„ dum S. Efremum eſt comma illud: ſucereſcet ſurculus e radice „ Iſai (Ieſ. XI. 1.) Surculus enim hebraice vocatur Nezer. “

III. 7. *Aſſ.* II. ܕܐܬܝܢ „ venientes “ marg. ܕܢܦܩܝܢ „ egredientes. “

IV. 4. *Aſſ.* I. ܟܬܝܒ „ ſcriptum eſt“ marg. ܠܬܢܝ ܢܡܘܣܐ „ in Deuteronomio “ (Deut. VIII. 3.) Gloſſa.

IV. 6. *Aſſ.* I. ܟܬܝܒ marg. ܡܙܡܘܪܐ ܕܨܐ „ Pſalmo XCI.“

* Ibid. *Ed. Wb.* ad verba: „ proiice te ipſum“ addit in marg. ܡܢ ܗܪܟܐ hinc.

IV. 7. *Aſſ.* I. in m. laudat ܠܬܢܝ ܢܡܘܣܐ Deuteronomium.

IV. 10. *Aſſ.* I. laudat in m. ܡܦܩܢܐ Exodum. Sed legitur hoc comma in Deuteronomio.

* IV. 18. *Aſſ.* I. et II. ܕܡܬܐܡܪ m. ܕܡܬܩܪܐ Illud Graec. λεγομενον, hoc καλουμενον exprimit: utrumque reperitur in codd. gr. Non tamen ſibi conſtat Philoxenus: c. II. 23 ponit ܕܡܬܩܪܐ, ubi Graeci habent λεγομενον.

IV. 19. *Aſſ.* I. ܘܐܡܪ και λεγει in m. ܘܐܡܪ και ελεγε.

* IV. 24. *Ed. Wb.* ܡܗܠܟ ivit. in m. ܢܦܩ exivit.

* V. 13. *Aſſ.* II. ܚܫܚ valet. m. ܡܘܬܪܐ utile eſt.

V. 47. *Angel. Aſſ.* I. et II. ܐܦ ܥܡ̈ܡܐ ܗܕܐ ܥܒܕܝܢ „ etiam gentes hoc faciunt“ m. primus: ܚܛܝ̈ܐ ܡܟܣ̈ܐ, reliqui duo: ܡܟܣ̈ܐ ܥܡ̈ܡܐ ܚܛܝ̈ܐ Exprimunt utramque lectionem, quam graeci habent, εθνικοι et τελωνοι.

V. 48. *Angel.* ܕܒܫܡܝܐ m. ܫܡܝܢܐ coeleſtis. Ὁ ουρανιος inter graecos habent cod. *Wetſt.* D. ex emendatione, et apud *Birch.* cod: Vatic. in margine, et 4 alii in contextu.

 * VI.

* VI. 1. *Angel. Aſſ.* I. *Aſſ.* II. ܡܪܚܡܢܘܬܐ marg. ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܗܝ ܕܡܬܩܪܝܐ ܒܦܫܝܛܬܐ ܙܕܩܬܐ Hac adnotatione innuere voluit criticus, ελεημοσυνην Syris eſſe ܙܕܩܬܐ quam vocem, ut etymologiam ſervaret, in alteram ܡܪܚܡܢܘܬܐ commutaverat Philoxenus. Ceterum nonnulli codices graeci, (Wetſt. D et 1. Birch. Vatic. et Venet. 10.) Syrorum loquendi more hoc loco habent δικαιοσυνην: Syris enim utrumque ſignificat ܙܕܩܬܐ, et eleemoſynam, et iuſtitiam.

* VI. 5. *Angel. Aſſ.* II. ܕܡܨܠܐ ܠܐ ܬܗܘܐ „cum oras, non eris“ in marg. ܕܡܨܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܬܗܘܘܢ „cum oratis, non eritis“ Conſentiunt graeci, *Wetſt.* et *Griesbachio* cod. 1. 118. *Birch* Vatic.

* VI. 6. ܐܚܘܕ ܐܢܬ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬܟ ܨܠܝ „claudens oſtium tuum, ora“ In marg. *Angel.* ܬܪܥܐ ܕܒܝܬܟ ܘܨܠܝ *Aſſ.* II. ܘܐܚܘܕ ܬܪܥܟ ܘܨܠܝ „claude oſtium tuum et ora“ Correctio critici.

VI 21. *Aſſ.* II. ܕܣܝܡܬܟܘܢ m. ܕܣܝܡܬܟ θησαυρος σου pro ὑμων. Cum duobus codd. gr. *Wetſt.* 1. *Birch.* Vatic.

* VII. 6. *Aſſ.* I. *Aſſ.* II. h. l. addunt adnotationem exegeticam, quid ſint canes et porci, e Chryſoſtomi homilia XXIII petitam, eandem quam refert White in fine editionis T. II. p. 568. 569.

* VII. 24. *Ed. Wh.* ſola: ܐܕܡܝܘܗܝ aſſimilabo eum. In m. ܢܬܕܡܐ aſſimilabitur. Conſentiunt *Wetſt.* et *Griesb.* codd. 1. 5. 13. 33. 40. 68. 118. et latini al. *Birch.* Vatic. et Vindob. 31.

* VII. 27. *Aſſ.* II. ܘܐܬܬܩܠܘ „et impegerunt“ in m. ܘܐܬܬܩܠܘ ܒܬܘܩܠܬܐ ܘܐܬܚܒܛܘ „et impegerunt impetu, et irruerunt“ Primis verbis indicat criticus, ܬܩܠ h. l. ſignificatione impetus, non vero ponderis et gravitatis uſurpari. Alterum, et irruerunt, exprimit variam lectionem προσεπεσαν. Codd. *Wetſt.* 63. 71. *Birch.* codd. Vatic. et Havn. 3. In margine codicum noſtrorum utraque lectio graece apponitur, mendoſe quidem exarata h. m. *Angel.* προσεπεσαν προσεκοχαν.

πρωτεκοχαν. *Aſſ.* I. προσεπεσαν προσεκοψασαν. *Aſſ.* II. προσεπεσαν προσεκοψχασαν.

* VIII. 4. *Ed. Wb.* ſola ܠܟܗܢܐ ſacerdoti. m. ܠܟܗܢܐ ܚܕ ſacerdoti uno. Vocem in ſingulari legendam eſſe, indicat criticus, cum alii codices legant ܠܟܗܢ̈ܐ ſacerdotibus.

* VIII. 5. 8. 13. *Aſſ.* II. ܪܝܫ ܡܐܐ (ἑκατονταρχος) in m. ܪܝܫ ܐܠܦܐ (χιλιαρχος) Vocem graecam mendoſe margini apponunt *Aſſ.* I. et *Aſſ.* II. κενταρχος. Lectionem χιλιαρχος in nullo codice graeco animadverterunt critici. Ceterum editio Whitii v. 8 et 13 in contextu habet vocem graecam, ܐܩܛܘܢܛܪܟܘܣ

* VIII. 10. *Ed. Wb.* ſola: ܐܦܠܐ ܒܐܝܣܪܝܠ „ neque in Iſraël " in m. ܐܦܠܐ ܘܠܐ ܠܘܬ ܐܢܫ „ neque apud quemquam in Iſraël " Addunt παρ' ουδενι codd. *Wetſt.* 1. 118. *Birch.* Vatic.

VIII. 13. *Barber.* ܪܝܫ ܡܐܐ m. ܪܝܫ ܐܠܦܐ conf. v. 5. Ibidem in contextu additur: ܘܟܕ ܗܦܟ ܗܘ ܪܝܫ ܡܐܐ ܠܒܝܬܗ ܒܗ ܒܫܥܬܐ ܐܫܟܚܗ ܠܛܠܝܐ ܕܝܠܗ ܟܕ ܚܠܝܡ „ et cum reverſus eſſet centurio in „ domum ſuam, in illa hora (h. e. ſtatim) invenit puerum ſuum ſanum " Editio Wh. omittit h. l. vocem ܕܝܠܗ poſt ܠܛܠܝܐ Eadem verba adduntur in graecis *Wetſt.* C. E. M. 1. 33 al. *Birch.* Vatic. Barb. 10 Vindob. 33 al. et *Mosq.* tribus. Cl. Matthaei putat, hoc additamentum ex evangeliariis ſumtum eſſe, quae hic lectionem terminarent. Vocem αυτου poſt παιδα omittunt Wetſt. 89. 90.

VIII. 28. *Angel. Aſſ.* II. ܠܐܬܪܐ ܕܓܕܪܝܐ „ in regionem Gadarenorum " in m. ܕܓܪܣܝܐ „ Geraſaeorum " cui *ed. Wb.* addit ܓܪܓܣܝܐ „ Gergeſenorum " Lectio recepta eſt γεργεσηνων: alii codices habent vel γερασηνων (cod. D.) vel γαδαρηνων (codd. C. M. 59. 114. et Vaticanus). Praeferenda videtur lectio Philoxen. confirmata teſtimonio Marci V. 1. 2. et Lucae VIII. 27.

Digitized by Google

• VIII. 28. *Angel.* ܕܫ̈ܐܕܐ daemoniaci. m. ܕܡܫܬܐܕܝܢ *δαιμονιζομενοι.* Correctio.

VIII. 31. *Aſſ.* II. ܐܦܣ ܠܢ „ permitte nobis abire " marg. ܫܕܪ „ mitte " Conſentiunt optimi codices, inter quos 1. 33. et Vaticanus.

• IX. 12. *Aſſ.* II. ܠܚܠܝ̈ܡܐ „ ſani " in m. ܠܚܣܝ̈ܢܐ „ robuſti ". Emendatio critici: graece enim legitur *ισχυοντες.*

• IX. 13. *Ed. Wb.* ܠܚܛ̈ܝܐ peccatores. Add. in m. ܠܬܝܒܘܬܐ ad poenitentiam. Quod additamentum in multis bonisque codicibus graecis, ut in Philox. deſideratur.

• IX. 15. *Aſſ.* II. ܠܡܬܐܒܠܘ (*πενθειν*) m. ܠܡܨܘܡ (*νηστευειν*) cum cod. *Wetſt.* Cantab. et 61. *Mosq.* ſex et verſ. ſimpl.

• IX. 15. *Aſſ.* II. ܢܨܘܡܘܢ „ ieiunabunt " in m. ܒܗܘܢ ܝܘ̈ܡܬܐ „ in illis diebus " Verba haec *εν εκειναις ταις ἡμεραις* in ſolo adducitur cod. Cantabr.

X. 10. *Aſſ.* II. ܫܒ̈ܛܐ *ραβδους*, ut optimi codd. gr. In m. ܫܒܛܐ *ραβδον*, ut textus receptus.

• Ibid. *Aſſ.* II. ܠܬܪܣܝܬܗ alimento. In m. ܐܓܪܐ mercede, e Luca X. 7.

X. 14. *Aſſ.* II. ܐܘ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ m. ܐܘ ܡܢ ܩܪܝܬܐ

• X. 16. *Aſſ.* II. ܥܪ̈ܒܐ oves m. ܐܡ̈ܪܐ agnos.

X. 18. *Aſſ.* II. ܬܬܕܝܢܘܢ iudicabimini. In m. ut Ed. Wh. in contextu, et codd. gr. ܬܬܬܠܘܢ adducemini.

• XI. 2. *Aſſ.* II. ܕܡܫܝܚܐ m. ܕܝܠܗ

• Ibid. *Aſſ.* II. ܒܝܕ *per* diſcipulos. m. ܬܪ̈ܝܢ ܡܢ *duos ex* diſcipulis. Lectio recepta eſt *δυο*; alii tamen, inter quos *Wetſt.* C. D. P. *Birch.* Vatic. et Vindob. 31 habent *δια.*

XI. 3. *Aſſ.* II. ܐܡܪ ܠܗ m. ܠܡܐܡܪ ad dicendum, qui dicerent.

XI.

Digitized by Google

XI. 10. *Aſſ.* II. ܘܢܛܝܒ et praeparabit. m. ܗܘ ܕ *qui* praeparabit, cum graecis. Correctio critici.

* XI. 16. *Ed. Wb.* ſola ܘܡܩܥܝܢ et acclamantibus. m. ܗܠܝܢ ܕ qui acclamantes (ſodalibus ſuis dicunt).

* XI. 19. *Aſſ.* II. ܥܒ̈ܕܐ operibus (non, ut vertit White, cultoribus: id quod indicatur puncto diacritico [35]) m. ܒܢ̈ܝܐ filiis. Haec eſt lectio recepta et praeferenda; illa autem *ἐργων* reperitur in codd. *Birch.* Vatic. et Vindob. 31 (qui ultimus idem eſt cum Griesbachii 124) item in verſ. ſyr. ſimplici.

* XII. 4. *Aſſ.* I. *Aſſ.* II. ܕܣܝܡܘܬܐ ܠܚܡܐ *προθεσεως*. m. ܕܣܝܡܘܬܐ ܠܚܡܐ ܗܢܘ ܕܝܢ ܕܣܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܐܠܗܐ „Hi ſunt (panes) qui poſiti erant coram Deo." Explicatio vocabuli minus ſyriaci. Non tamen Syris infrequentiſſimae ſunt eiusmodi compoſitiones. Abrahamus Ecchellenſis v. c. in grammatica ſyriaca, quae Romae ſyriace prodiit a. 1628 utitur vocibus ܩܕܡܣܝܡܘܬܐ ܫܡܗܐ pag. ܣܗ h. e. 65 et ܚܠܦ ܫܡܗܐ pag. ܣܚ 68. quibus *praepoſitionem* et *pronomen* exprimit.

* XII. 5. *Aſſ.* II. ܕܠܐ ܥܠܬܐ m. ܕܠܐ ܒܥܠܬܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܥܠܬܐ Hac adnotatione indicat criticus, Graecorum *αναιτιος* rectius exprimi per ܕܠܐ ܒܥܠܬܐ pro ܕܠܐ ܥܠܬܐ Philoxeni.

XII. 13. *Aſſ.* II. ܘܦܫܛ „et extendit" Additur in m. ܐܝܕܗ „manum ſuam" e ſimplici. Ed. Whitiana in textum recepit hoc additamentum, aſteriſco notatum ※ ܐܝܕܐ ܕܝܠܗ

* XII. 20. *Aſſ.* I. *Aſſ.* II. ܟܬܢܐ in m. graece ΚΑΙΝΟΝ, h. e. *καὶ λινον*, addita hac explicatione: ܟܬܢܐ ܠܦܬܝܠܬܐ ܕܒܫܪܓܐ ܩܪܐ „linum, ellychnium vocat quod eſt in lucerna."

* XII. 30. *Ed. Wb.* ſola ܡܒܕܪ diſpergit. add. in m. ܠܝ mihi.

L 3 XII.

[35] Vid. mea brevis linguae Syr. inſtitutio. Altonae 1784 pag. 7.

XII. 32. *Angel.* ܠܘܬ ܪܘܚܐ adverſus ſpiritum, add. in m. ܩܕܝܫܐ ſanctum, quod etiam legitur in ed. Wh. et in graecis, excepto cod. 13 Wetſt.

XII. 44. *Aſſ.* II. ܠܒܝܬܝ ad domum (meam) in m. ܠܕܘܟܬܐ ad locum. Τοπον pro οικον habet codex unus Colbertinus Wetſt. White hanc lectionem refert ad ſequens ܣܦܝܩܐ invenit (locum ſuum vacantem), ubi quoque cod. Aſſ. I. contextui inſerit hanc vocem ܠܡܕܘܟܬܐ

Ibid. Ad vocem ܣܦܝܩ hanc adnotationem addunt codd. *Aſſ.* I. et *Aſſ.* II. ܣܦܝܩ ܗܘ ܗܘ ܕܠܐ ܒܛܝܠ ܘܐܚܝܕ ܒܬܫܡܫܬܐ „ Vocabulum ܣܦܝܩ, „ vacans, denotat eum, qui non eſt ſollicitus et aſſiduus in rebus „ divinis. “

• XII. 50. *Ed. Wh.* ſola ܗܘ ipſe. m. ܗܢܐ hic.

XIII. 6. *Aſſ.* II. ܐܬܚܡܡܘ exuſta ſunt. Explicatur in margine: ܐܬܚܡܡܘ ܒܚܘܡܐ ܕܛܗܪܐ „ exuſta ſunt aeſtu meridiano. “

XIII. 24. *Aſſ.* I. ܕܙܪܥ qui ſeminavit, in praeterito. in marg. ܕܙܪܥ ſeminanti, particip. Illud Graecorum eſt σπειραντι, quod legitur in cod. Vatic. hoc vulgare σπειροντι.

• XIII. 26. *Angel. Aſſ.* I. ܟܕ ܥܣܒܐ (cum) germinaſſet herba. in marg. ܟܕ ܥܒܐ ܚܛܬܐ germinaſſet triticum, nullo conſentiente codice graeco vel latino.

• XIII. 27. *Aſſ.* II. ܙܝܙܢܐ ζιζανια. in m. ܗܠܝܢ ܙܝܙܢܐ τα ζιζανια, pro more Philoxeni, articulum τα exprimendi per ܗܠܝܢ, ut hoc capite v. 48 al. Multi boni codices graeci h. l. omittunt articulum, quod probat Griesbachius.

XIII. 29. *Aſſ.* II. ܐܡܪ dixit, *praeter.* in m. ܐܡܪ dicit, *particip.* vel *praeſ.* Textus receptus habet εφη, ſed Cantabrigienſis et unus Moſq. λεγει, in praeſenti.

XIII.

• XIII. 34. *Barber.* ܒܡܬܠܐ m. ܡܬܠܐ ܣܓܝܐܐ „ Vocabulum ܡܬܠܐ in ſingulari legendum " Simplex enim habet pluralem.

• XIII. 52. *Aſſ.* II. ܐܒܐ ܒܝܬ ܗܘ add. in m. ܡܫܡܫ Cum cod. Urb. 2. *Birchii.*

• XIII. 55. *Angel. Aſſ.* I. *Aſſ.* II. ܘܝܘܣܐ Ioſes. in m. ܘܝܘܣܦ Ioſeph. Legunt ιωσηφ codd. C. 1. 33 et Vaticanus; item omnes latini Blanchinii. Sine dubio, quia frequentior erat nomen Ioſeph. Lectio eſt Origeniana.

XIV. 12. *Aſſ.* II. ܘܐܬܘ et venerunt. in m. ܐܬܝܢ ܗܘܘ venibant. Ed. Whitii addit in m. ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ diſcipuli eius.

• XIV. 13. *Aſſ.* II. ܪܓܠܐܝܬ πεζῃ. in m. ܪ̈ܓܠܝܐ πεζοι Cum unico cod. L. *Wetſt.* Urb. 2 *Birch* et uno *Moſq.* Latini Veron. Brixian. et S. Germ. apud Blanchinum habent: „ ſecutae ſunt cum *pedeſtres.* "

• XIV. 15. *Angel.* ܠܩܘܪ̈ܝܐ in vicos. Add. in m. ܕܚܕܪ̈ܝܗܝܢ (lege ܕܚܕܪ̈ܝܗܘܢ) „ qui in circuitu " Εις τας κυκλῳ κωμας legunt ſoli codd. C. et 61. *Wetſt.*

• XIV. 19. *Aſſ.* II. ܥܠ ܥܣ̈ܒܐ ſuper herbas. in m. ܥܣܒܐ (ſuper) herbam, cum codd. *Wetſt.* C. D. al. *Birch* Urb. 2. Vindob. 31. et uno *Moſq.* Lectio Origen.

• XIV. 25. *Angel. Aſſ.* II. ܐܙܠ, απηλθε. in marg. ܐܬܐ ηλθε. Cum codd. probatis *Wetſt.* 1, 13. 33 al. *Birch.* Vatic. et Vindob. 31. *Moſq.* ſeptem.

• XV. 6. *Ed. Wh.* ſola ܦܘܩܕܢܐ mandatum. in m. ܡܠܬܐ verbum, cum ſolo codice Cantabr. et latinis Blanchinii.

XV. 21. E regione huius verſiculi longam adnotationem addit cod. *Aſſ.* II. ܘܡܢܗ ܡܫܡܫ ܐܢܘܢ . ܐܙܠ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܫܝܚܐ ܠܓܠܝܠܐ ܗܘܐ ܟܕ ܒܪ̈ܢܫܐ . ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܐܦ ܗܘ̈ܢܐ ܠܗܘ ܐܢܘܢ ܒܗ ܥܡ̈ܡܐ . ܘܡܫܝܚܐ ܗܘܘ ܟܢܥܢ̈ܝܐ ܗܘܘ ܘܡܫܬܡܥܝܢ ܗܘܘ ܘܦܠܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ . . . . ܢܦܩ ܠܗ ܚܕܐ ܡܢ ܟܢܥܢܝܬܐ ܐܢܬܬܐ ܘܡܫܟܚܐ

ܕܝܥܩܘܒ ܗܘܐ ܠܘܬܗ . ܐܬܐ ܗܘܐ ܠܘܬܗ ܒܟܗܢܐ . ܘܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ ܕܗܘܐ
ܡܝܩܪ ܕܟܠ ܐܢܫ ܕܐܬܐ ܡܢ ܡܫܟܢܐ ܕܐܠܗܐ ܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܠܟܗܢܐ
ܕܐܡܪܝܢ ܠܗ ܕܢܣܒܘܢ ܡܢ ܠܟܗܢܐ ܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪܒܢܐ ܡܫܚܢ ܠܗܘܢ ܡܢܥܡܣܢܐ.
ܘܫܝܛܐ ܗܘܐ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܡܛܠ ܗܢܐ . ܐܝܟ ܡܝܩܪܘܬܐ ܗܝ ܕܝܗܒ ܟܗܢܘܬܐ .

h. e. „S. Iacobi Edeſſeni. Abibat unus eorum et habitabat cum „ ſacerdotibus. Et veniebat pater eius aut mater, et imbecilles cor„poribus atque ſenes ſe fingebant, diebantque ei, honora nos, (h. „ e. dono da nobis) omnibus in rebus, quibus egebant. Reſpon„derunt illis ſacerdotes, quae vos poſtulatis, ut a nobis accipiatis, „ ſunt Dei ſacrificium, nec vobis licet a nobis petere, ut vos ho„noremus, ſicuti ſacerdotes honoramus (muneribus iſtis). Ideo con„temtui illis fuit Chriſtus." Reliqua mendoſe ſcripta videntur.

* XV. 31. *Aſſ.* II. ܠܚܪܫܐ ܡܡܠܠܝܢ mutos loquentes. in marg. ܘܚܪܫܐ (ſurdos) audientes. ܚܪܫܐ enim utrumque ſignificat, mutum et ſurdum. Ἀκούοντας pro λαλοῦντας habent cod. Vaticanus *Birch.* cod. 59. *Wetſt.* et unus *Moſq.*

XV. 32. *Aſſ.* II. ܐܡܪ dixit. Addit in m. ܠܗܘܢ illis, cum graecis C. K. aliisque paucis.

* Ibid. *Aſſ.* II. ܢܫܬܪܘܢ ne ſolvantur. in m. explicatur ܢܫܬܪܘܢ ܡܚܣܝܪܘܬܐ ſolvantur defectu virium, h. e. deficiant.

* XV. 34. *Ed. Wb.* ܘܐܡܪܘ in. m. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ correctio ad graeca: οἱ δὲ εἶπον.

XVI. 8. *Aſſ.* II. ܢܣܒܬܘܢ ܠܐ non accepiſtis. in m. ܠܝܬ ܠܟܘܢ ܠܐ non habetis, cum codd. Vatic. et Cantabr.

* XVI. 13. *Ed. Wb.* ܡܢ ܕܢܦܩ exiens. in m. ܡܢ ܕܐܬܐ veniens, ad gr. ἐλθών.

* XVI. 18. *Angel. Aſſ.* I. Ad nomen Petri in m. ܦܛܪܘܣ ܟܐܦܐ ܡܬܦܫܩ „Petrus, rupes explicatur."

* XVII.

XVI. 28. *Barber.* ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܗ h. e. εν τῃ βασιλεια αὑτου, ut textus receptus. In m. ܒܫܘܒܚܐ (ܒܬܫܒܘܚܬܐ) ܕܐܒܘܗ ܕܝܠܗ εν τῃ δοξῃ του πατρος αὑτου, quam lectionem in nullo codice graeco animadverterunt Weſt. Griesb. Birch. Sed Matthaei eam invenit in duobus Moſquenſibus. Reperitur quoque in latino Corbeienſi apud Blanchinum. Sumta forte e Marco VIII. 38. Ceterum Wetſtenius h. l. lectionem Philoxeni non recte affert.

XVII. 12. *Ed. Wb.* ܠܗ αυτῳ, ut codd. D. F. 13 al. In m. ܒܗ εν αυτῳ, ut textus receptus.

XVIII. 3. *Aſſ.* I. ܐܝܟ ܛܠܝ̈ܐ „ſicut pueri" ὡς τα παιδια. In m. adnotatio critici: ܗܢܐ ܛܠܝ̈ܐ ܒܒܘܢܐ ܝܘܢܐܝܬ ܡܫܬܡܥ ܗܘ ܥܠܝܡ̈ܐ ܛܠܝ̈ܐ ܕܠܐ ܡܫܡܠܝܢ ܠܗܘܢ „Hoc vocabum, pueri, in graeco ſonat, pueruli, non, pueri adulti qui nondum ſenuerunt." Solet nimirum Philoxenus diminutivum Graecorum κοραϲιον Marci V. 41 exprimere Syriaco vocabulo ܒܒܘܢܬܐ, diminutivo a ܒܒܬܐ pupilla oculi, quo etymon graeci κοραϲιον (a κορα pupilla) fideliter reddit. Quo vocabulo genere maſculino, ܒܒܘܢܐ hoc quoque loco reddere maluit criticus diminutinum παιδιον, quam illo quo uſus eſt Philoxenus, ܛܠܝܐ. De hac voce lexicis impreſſis ignota, e lexico Bar-Bahluli Ms. Bibliothecae Laurentianae Florentiis [36] haec adnotavi: ܒܘܒܘܢܐ ܡܢ ܡܐܠܐ ܐܠܚܕܩܗ ܐܠܘܓܗ ܐܠܓܦܢ ܐܝܟ ܡܢ ܡܘܫܐ ܒܪܐܢܐ ܐܡܪ ܛܠܝܐ ܡܢ ܒܒܐ ܠܘܬ ܒܘܒܘܢܐ ܒܢ ܨܒܝ ܘܐܡܪ ܒܘܒܘܢܐ ܐܠܨܒܝ ܐܠܨܓܝܪ h. e. ܒܒܘܢܐ eſt Arabum صبي (*puer*) vel ut dicit Maruzi (قال المروزي) الصبي الصغير [*puerulus.*] Bar Saruch: filiolus, vel puerulus صبي idem quod ܒܒܘܢܐ — ܒܒܘܢܐ eſt Arabum بابونج (herbae genus): ſed ܒܒܘܢܐ eſt الطفل الذي يرضع (puer lactens). Conf. Caſtelli lexicon ſyr. editum a I. D. Michaëlis,

M

[36] Titulus: ܠܟܣܝܩܘܢ ܕܒܪ ܒܗܠܘܠ ܣܦܪܐ Inter codd. Palatinos No. 327. 328, nunc 2. 3

lis, Goettingae 1788 in hanc vocem. Arabes quoque, teſte Golio, habent بابوس pro infante lactente, a Syris forte petitum.

* XVIII. 12. *Angel.* ܛܥܝܐ errantem. in m. ܛܥܝܢܐ, quo forte melius reddi graecum πλανωμενον putavit criticus.

* XVII. 14. *Angel.* ܕܩܕܡ (coram patre) meo. in m. ܕܩܕܡܟܘܢ vestro. ὑμων eſt lectio recepta: ſed μου habent codd. H. 13. 33 al. *Wetſt.* item Vaticanus, Vindob. 31 al. *Birch.* et *Mosq.* tres. Origenes.

* XVIII. 26. *Ed.* *Wb.* ܕܝܢ (procidens) autem. in m. corrigitur ܗܟܝܠ igitur: Graeci enim habent ουν.

* * XVIII. 29. *Ed. Wb.* ܘܦܪܥ ܐܢܐ ܠܟ et ſolvam tibi. in m. add. ܟܠܡܕܡ et omnia (ſolvam tibi) Haec eſt lectio vulgaris:. illa Philoxeni in plurimis codd. reperitur, inter quos D. E. F. H. M. al. *Wetſt.* et Vatic. al. *Birch.* multique *Mosq.*

XIX. 3. *Aſſ.* II. ܥܠ ܟܠ ܥܠܬܐ marg. ܥܠܬܐ ܥܠܠܬܐ h. e. pro ܥܠܠܬܐ ponendum ܥܠܬܐ quod magis reſpondeat graecò αιτια. Conf. ſupra c. XII. 5. Ad v. 10 eandem correctionem adhibet ed. Whitii. Simplex habet ܥܠܬܐ, ſed Hieroſolymitana verſio, ut Philox. ܥܠܠܬܐ

* XIX. 16. *Ed. Wb.* ܕܢܗܘܐ ܐܝܬ ܠܝ ut habeam. in m. ܕܐܝܪܬ ut haereditem. Pro εχω habent κληρονομησω cod. L *Wetſt.* et Urb. 2 *Birch.* unus quoque *Mosq.*

* XIX. 17. *Ed. Wb.* ܡܢܐ ܐܡܪ ܐܢܬ ܠܝ ܛܒܐ „quid dicis me bonum?" in m. ܡܢܐ ܡܫܐܠ ܐܢܬ ܠܝ ܥܠ ܛܒܐ „quid interrogas de bono?" Hæc lectio reperitur in codd. gr. *Wetſt.* D. L. 1. 22 et cod. Vaticano. Conſule verſionem ſyr. Hieroſol. ad h. l.

XX. 28. Ad finem huius verſus in marg. cod. *Aſſ.* I. adduntur haec: ܐܠܘ ܕܝܢ ܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܠ ܚܫܡܝܬܐ . ܘܡܬܒܥܝܢ ܕܬܣܬܡܟܘܢ ܠܡܫܬܘܬܐ . ܡܛܠ ܕܐܬܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܡܬܥܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܣܬܡܟܘ . ܠܐ ܠܡܬܡܟܟܘܢ ܒܪ̈ܘܫܡܐ

ܒܪ̈ܘܡܐ ܡܬܟܠܡܝܢ . ܕܠܡܐ ܕܡܫܒܚ ܡܢܟ ܢܐܬܐ ܘܢܩܪܘܒ ܗܘ
ܕܩܪܐ ܠܚܫܡܝܬܐ . ܘܢܐܡܪ ܠܟ . ܬܘܒ ܐܬܚܬ ܠܬܚܬ . ܘܬܒܗܬ . ܐܢ ܕܝܢ ܬܣܬܡܟ
ܒܕܘܟܬܐ ܙܥܘܪܬܐ . ܘܢܐܬܐ ܕܒܨܝܪ ܡܢܟ . ܘܢܐܡܪ ܠܟ ܗܘ ܩܪܐ ܠܚܫܡܝܬܐ :
ܐܬܟܢܫ ܬܘܒ ܠܥܠ . ܘܬܗܘܐ ܠܟ ܗܕܐ ܕܝܘܬܪܢܐ (Aſſ. II. ܡܫܒܚܐ) ❖ ܗܠܝܢ
ܡܢ ܒܨܚ̈ܚܐ ܕܥܬܝ̈ܩܐ ܒܠܘܩܐ ܒܠܚܘܕ ܡܬܩܪ̈ܝܢ ܟܦܠܐܘܢ ܢܓ̄ . ܐܫܬܟܚܘ ܕܝܢ ܒܨܚ̈ܚܐ ܝܘ̈ܢܝܐ
ܠܟܐ ܒܕܘܟܬܐ ܗܕܐ ܡܛܠ ܐܬܬܘܣܦ ܠܟܐ ❖ „ Vos autem quaeritis, de puſillo „ creſcere, et de maiore minoris eſſe. Introeuntes autem et rogati „ coenare, ne diſcubueritis in eminentibus locis, ne forte dignior „ te ſuperveniat, et accedens coenae invitator dicat tibi, adhuc deorſum accede, et confundaris. Si autem diſcubueris in minimum „ locum, et ſuperveniat minor te, dicet tibi invitator coenae, col„ lige adhuc ſuperius, et erit tibi hoc utile (Aſſ. II. honorificum) — „ Haec quidem in exemplis antiquis in Luca tantum leguntur, ca„ pite (κεφαλαιῳ) LIII. Inveniuntur autem in exemplis graecis hoc „ loco, qua propter hic etiam a nobis adiecta ſunt." Iisdem verbis legitur hoc additamentum hoc loco in codicibus antiquis latinis aqud Blanchinum aliosque. Iuvencus presbyter et S. Hilarius illud habuerunt in ſuis Evangeliorum codicibus, teſte Blanchino; et Leo Magnus ſaltem prima verba agnovit. In nullo autem graeco codice repertum eſt [37], praeter unicum Cantabrigienſem graeco-latinum, qui ideo criticis interpolatus videbatur e verſione latina, graeco contextui appoſita [38]. Sed defenditur auctoritas huius codicis adnotatione critici noſtri ſyriaci, qui hoc ipſum additamentum in exemplis graecis [39] ſe reperiſſe teſtatur.

[37] *Matthaei* quoque nullum eius veſtigium in codicibus ſuis Moſquenſibus reperit. Occaſionem eius dediſſe putat ſcholiaſten aliquem graecum.

[38] Optime defendit hunc aliosque codices, quos latinizantes vulgo dicunt, ver. Io. Io. *Griesbachius* in ſymbolis criticis Halae 1785 editis, pag. CX ſeqq.

[39] Niſi forte in ſingulari legendum ſit: ܒܨܚܚܐ ܝܘܢܝܐ *in* (uno) *exemplo graeco*, et idem codex Cantabrigienſis his verbis innuatur.

* XXI. 24. *Ed. Wb.* ܠܟܘܢ ܒܝ quod ſi (dixeritis mihi) in m. ܐܢ et ſi. Graeci ut Philox. ὂν εαν.

* XXI. 44. *Aſſ.* II. ܢܕܪܘܗܝ λικμησει αυτον diſperget eum. Hoc vocabulum explicatur in margine, ܢܕܪܘܗܝ ܐܝܟ ܒܡܪܘܚܬܐ „diſperget eum quaſi ventilabro" (Male White: „conteret eum quaſi in pulverem") Vera ſignificatio graeci λικμος et λικμαω.

* XXII. 13. *Aſſ.* II. ܠܡܫܡܫܢܐ addit in m. ܕܝܠܗ (miniſtris) ſuis.

XXII. 15. *Aſſ.* II. et *Barb.* ܢܦܘܕܚܘܢܝܗܝ illaquearent eum. Explicatur hoc vocabulum in m. (vel ܒܚܒܚܝܐ) ܢܦܘܕܚܘܢܝܗܝ ܐܝܟ ܒܚܒܚܝܐ „illaquearent eum quaſi occulto" Sic verto, ſed haeſitans. ܚܒܚܝܐ ſyriacum eſſe, vix credo. ܚܒܚܝܐ autem in Lexicis ſyriacis manu ſcriptis explicatur خافي ساتر *occultans, abſcondens,* ܚܒܝܐ مستور مختفي *occultus,* ܚܒܝܐ et ܚܒܚܝܘܬܐ خباية اختفا *occultatio.*

XXII. 46. *Aſſ.* II. ܡܢ ܗܘ ܝܘܡܐ ex illo die. in m. ܗܝ ܡܫܥܬܐ ex illa hora. ὥρας legitur in cod. Cantabr. et tribus aliis *Wetſt.*

XXIII. 8. *Aſſ.* II. ܡܠܦܢܐ ܕܝܠܟܘܢ magiſter veſter. Addit in m. ܡܫܝܚܐ Chriſtus. Ed. Whitii hanc vocem contextui inſertam habet, aſteriſco notatam. Legitur quidem in textu graeco recepto, ſed deeſt in praeſtantiſſimis codicibus D. E. L. 1. al. *Wetſt.* item cod. Varic. et Vindob. 31. *Birchii.* et ſex *Mosq.* Conſule quoque verſ. Hieroſ.

* I. 28. *Aſſ.* II. ܒܒܝܬ ܥܢܝܐ in Bethania. Lectio multorum variarum recenſionum exemplorum. In m. ܒܝܬܥܒܪܐ et graece εν βιθαραβα pro βηθαβαρα. Lectio recepta. Probanda, ni fallor, prior. Poſterior unde orta ſit, e ſcholio codicum Moſq. intelligimus: τα ακριβη των αντιγραφων ουκ εν βηθανια εχει, αλλ' εν βηθαβαρα. ἡ γαρ βηθανια ουχι περαν του ιορδανου, ουδε επι της ερημου ην, αλλ' εγγυς που των ἱεροσολυμων.

* I. 39. *Ed. Wb.* pro λεγεται ἑρμ. habet in m. ἑρμηνευεται, ut codd: *Wetſt.* 1. 118. et latt.

* II. 1. *Pariſ. Aſſ.* II. *Barber.* add. in m. „et vinum non habebant, quia defecit vinum convivii“ vid. ſupra p. 57. Conſentiunt ſoli codd. latt. Veron. Vercell. Corbei. *Blanchini.* Eiusmodi additamentum verſu 9 quoque in textum Philoxenianae receptum legitur.

* II. 15. *Ed. Wb.* in m. ὡς φραγελλιον ut codd. *Wetſt.* L. 1. 33. 118. Orig.

III. 3. *Aſſ.* II. omittit in contextu verba $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\iota\pi\epsilon\nu$ $\alpha\upsilon\tau\omega$ cum ſolo A. Wetſt. ſed addit in m. ܘܐܡܪ ܠܗ Ed. Wh. haec verba in contextum recepit. Sed ad v. 5 adnotationem appoſuit.

• III. 6. *Aſſ.* II. quod natum eſt ex ſpiritu. m. ܡܢ ܡ̈ܝܐ ܘܪ ex aqua et ſpiritu. Nullo conſentiente cod. gr. Sed v. 8 habent latini Veron. Vercell. Corb. Blanchini: ex aqua et ſpiritu: atque ad hunc verſum pertinere videtur adnotatio critici.

• III. 8. *Ed. Wb.* in m. ἡ pro καὶ (ποῦ ὑπάγει) cum ſolo cod. A. *Wetſt.*

• III. 36. *Aſſ.* II. add. in m. ad finem verſ. ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܫܬܠܡ ܗܘ ܝܘܚܢܢ et poſt haec traditus eſt Ioannes, nullo conſentiente codice gr. vel lat.

IV. 1. *Aſſ.* II pro ܝܬܝܪ in m. habet ܡܥܡܕܢܐ ܡܣܓܐ Ibidem in m. ad voces ܝܘܚܢܢ ܐܘ adnotatur ܠܐ ܐܘ h. e. ܐܘ hic non ſignificare, vel, ſed plus quam.

• IV. 24. *Ed. Wb.* in ſpiritu et veritate. m. in ſp. veritatis, nullo conſentiente codice gr. vel lat.

• IV. 25. *Aſſ.* II. *Barb.* ܝܕܥ ܐܢܐ ſcio. m. ܝܕܥܝܢܢ ſcimus. Sic codd. *Wetſt.* G. L. 33. 69.

• IV. 43. *Ed. Wb.* in textu habet lect. codicis L. 106. καὶ ἦλθεν in m. vulg. καὶ ἀπῆλθεν. Eadem v. 45 legit ὅσα in m. pro ἃ, cum codd. A. C. L. 1. 69 al. et Vatic.

• IV. 51. *Aſſ.* II. puer ܛܠܝܟ tuus vivit. m. ܒܪܐ ܕܝܠܟ filius tuus υἱός pro παῖς habent graeci *Wetſt.* D. K. L. 13. 33 al. et latt. *Birch.* Vindob. 31 al.

• V. 2. ܒܝܬ ܚܣܕܐ *Ed. Wb.* in m. ܒܝܬܣܕܐ βηθεσδα. *Aſſ.* II graecam tantum vocem βηθεσδα apponit. Et codd. *Angel.* et *Aſſ.* II. ponunt

nunt ut in contextu BHΘCAIΔA. Duplex lectio. *Bethſaida* habet ſolus cod. Vatic. *Bethesda* textus receptus.

* V. 25. *Aſſ.* II. audient vocem filii Dei. m. ܕܒܪܢܫܐ filii hominis ut codd. *Wetſt.* K. 28 al. *Birch.* Vat. 354.

* VI. 1. *Aſſ.* II. ad verba, abiit I. trans mare Galilaeae, add. in m. ܠܡܢܘܬܐ εις τα μερη της Γαλ. cum ſolo cod. D. et latt. Cant. et Veron. Chryſoſt.

* VI. 10. *Aſſ.* II. facite ܠܐܢܫܐ homines diſcumbere. m. ܠܟܢܫܐ turbam.

* VI. 19. *Barber.* ܘܩܪܝܒܝܢ ܠܐܠܦܐ ܗܘܬ gr. και εγγυς του πλοιου γινομενον. In m. magis ſyriace: ܘܠܘܬ ܐܠܦܐ ܡܬܩܪܒܐ.

* VI. 22. *Aſſ.* II. ܚܙܘ viderunt. In m. ܝܕܥܘ noverunt, ειδον, cum codd. *Wetſt.* A. D. L. 42 latt. Et v. ſeq. *Aſſ.* I. II. pro ܚܙܝܢ in m. habent ܚܙܘ.

* VI. 24. *Aſſ.* I. *Aſſ.* II. ܠܐܠܦܐ m. ܠܐܠܦܘܢܐ diminut. reſpondens graeco, πλοιαρια, codicum *Wetſt.* D. L. 33. 69.

* VI. 26. *Aſſ.* I. reſpondit illis. add. in m. autem.

* VI. 45. *Ed. Wb.* ܕܫܡܥ qui audivit. m. ܟܠ ܕܫܡܥ „ Graecus: qui audit" ακουων pro ακουσας habent codd. *Wetſt.* D. E. H. aliique multi, *Birch.* quatuor, *Mosq.* ſedecim.

* IV. 71. *Aſſ.* I. *Barb.* nomen Iudae proditoris ſyriace ſcribunt ܣܟܪܝܘܛܐ vel ܣܟܪܘܛܐ Aſſ. I. et in m. utriusque graecum nomen h. m. apponitur ΙCΚΑΡΥωΙΤΟΥ et explicatur: ܗܘ ܕܡܢ ܩܪܝܘܬ e Cariota oriundus.

* VII. 15. *Ed. Wb.* et mirabantur. m. mirabantur igitur. *Wetſt.* D. L. 1. 42. *Birch.* Vatic.

* VII. 20. *Aſſ.* I. *Aſſ.* II. pro, reſpondit turba, in m. reſponderunt Iudaei. Cum *Wetſt.* K. 27. 42. 68. 116.

•VII. 39. *Aſſ.* I. *Aſſ.* II. *Barb.* nondum erat ſpiritus datus ܡܬܝܗܒ ※ Aſteriſco notatur ultima vox, quam e graecis ſolus cod. Vaticanus agnoſcit. Additur gloſſa in m. „quia nimirum non datus eſt ſpiritus ſanctus ante reſurrectionem."

•VII. 40. *Ed. Wb.* cum audiviſſent verba eius ܕܝܠܗ m. ܗܠܝܢ haec. αυτου των λογων τουτων legitur in cod. D. Alii vel τουτων vel αυτου addunt.

•VII. 52. *Ed. Wb.* in contextu habet lectionem bonorum codd. εγειρεται in m. receptam εγηγερται.

•VIII. 38. *Aſſ.* I. *Aſſ.* II. quae vidiſtis apud patrem veſtrum. m. ܕܫܡܥܬܘܢ quae audiſtis. Conſentiunt *Wetſt.* C. K. L. 1. 13. 33. 69. 116 al. *Birch.* Vatic. al. *Moſq.* quatuor. Lectio Origeniana.

•VIII. 44. *Aſſ.* I. II. ܩܡ ſtetit. m. ܩܐܡ ſtat. E ſimplice. Et v. 48 ad, Samarita es, add. in m. *tu*, cum graecis. Et v. 53 „quem te facis?" explicatur, magnum (te facis)

•IX. 9. *Aſſ.* II. alii autem, ſimilis ei eſt. m. dicebant, non, ſed ſimilis (ei eſt) *Wetſt.* C. G. 1. latt. *Birch.* Vatic. et Vind. 31.

•IX. 14. *Aſſ.* II. (Erat Sabbatum) cum ܟܕ m. ܒܝܘܡܐ quo die. *Wetſt.* L. 33. *Birch.* Vatic. Codd. latt.

•IX. 37. *Ed. Wb.* pro ειπε habet in m. απεκριθη cum ſolo D.

•IX. 41. *Aſſ.* II. peccatum igitur veſtrum manet. m. peccata igitur veſtra manent. *Wetſt.* D. L. latt.

•X. 8. *Aſſ.* II. *Barb.* omnes qui venerunt ante me (verbis, ante me, aſteriſco notatis). In m. gloſſa ܐܝܟ ܬܘܕܐ ܝܗܘܕܐ ܓܠܝܠܝܐ ܘܫܪܟܐ „Theudas, Iudas Galilaeus, et reliqui." Vide Act. V. 36. 37.

•X. 16. *Ed. Wb.* et erit unus grex. m. et erunt. *Wetſt.* D. 1. 33. et *Birch.* Vatic. γενησονται. *Moſq.* duo εσονται.

•X.

Digitized by Google

• X. 21. *Aſſ.* II. hi ſermones non ſunt daemoniaci ܡ̈ܠܐ m. ܥܒ̈ܕܐ haec opera n. ſ. d. Graeci: *ρηματα*. Latini: verba.

• X. 26. *Barber.* non enim eſtis. m. quia non eſtis, cum *Wetſt.* D. L. 1. 28. 33. 57. 69. 91. 118 latt. *Birch.* Vind. 31. *Moſq.* ſex.

• X. 38. *Aſſ.* II. *Barb.* et ego in eo ܒܗ m. ܒܐܒܐ in patre. *Wetſt.* D. L. 33. latt. *Birch.* Vatic. Urb. 2.

• XI. 12. *Ed. Wh.* dixerunt diſcipuli eius. Add. in m. ei, ut *Wetſt.* A. C. D. K. 42. *Birch.* Vatic. Urb. 2. *Moſq.* tres.

• XI. 29. *Ed. Wh.* ſurgit. m. ſurrexit. *Wetſt.* C. D. L. *Birch.* Vat.

• XI. 31. *Aſſ.* II. dicentes. m. putantes ܕ ܣܒܪܘ *Wetſt.* A. D. L. 1. 33. 78. 118. *Birch.* Vatic. Urb. 2. Vat. 349.

• XI. 39. *Ed. Wh.* in m. apponit lectionem *τετελευτηκοτος*, quam tuentur codd. *Wetſt.* A. C. D. K. L. 27. 33. *Birch.* Vatic. Urb. 2. *Moſq.* ſolus ſ. [47]

• XI. 41. *Barb.* ſuſtulit oculos ſuos ſurſum ܠܥܠ m. ܠܫܡܝܐ ad coelum. Eadem addunt *Wetſt.* K. 11. 12. 15 cet. *Moſq.* duo. Chryſoſt.

• XI. 53. *Aſſ.* II. in contextu, ab illa hora, cum ſolo codice ſ. *Mosq.* in m. ut receptus, ab illo die.

• XI. 54. *Barber.* habitabat. m. manebat. ܡܟܬܪ ܗܘܐ ut *Wetſt.* L. *Birch.* Vatic. *Moſq.* codex ſ. Lectio Orig.

• XI. 57. *Ed. Wh.* in m. habet *εντολας* cum *Wetſt.* M. 1. 118. *Birch.* Vatic. *Mosq.* unus. Orig.

• XII. 7. *Ed. Wh.* in m. tuetur correctionem codd. *Wetſt.* D. L.

[47] Codex ſ. continet Evangelium Ioannis cum catena patrum maxima. Adſervatur in bibl. S. Synodi Moſquenſis No. 94. Deſcribitur a cl. Matthaei in ſua N. T. graeci editione, ad epiſtolam ad Theſſal. pag. 232.

Digitized by Google

L. 33. 42. latt. *Birch.* Vatic. Urb. 2. al. „ſine eam, ut ad diem ſepulturae meae ſervet illud. “

XII. 13. *Aſſ.* II. ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ et clamabant. m. ܟܕ ܐܡܪܝܢ dicentes. Quam vocem addunt *Wetſt.* A. D. 1. 13. 42. 51. 53. *Birch.* Urb. 2. *Mosq.* codex ſ.

* XII. 28. *Aſſ.* II. glorifica nomen tuum. m. ܠܒܪܟ filium tuum. Cum *Wetſt.* L. 1. 12. 33. 118. E cap. XVII. 1.

Ibid. *Aſſ.* II. ܩܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ vox e coelo. Add. in m. ܟܕ ܐܡܪ dicens. Cum ſolo cod. D. *Wetſt.* et *Moſq.* ſ.

XII. 34. *Aſſ.* II. reſpondit ei turba. add. in m. ܗܟܝܠ et ܟܕ ܐܡܪ reſp. ei *igitur* turba, *dicens.* Prius additur in graecis D et Vatic. item Moſq. ſ. poſterius in nullo graeco. Unus Moſq. tamen addit και ειπεν. Ad verſ. ſeq. adſcribitur in m. Ed. Wh. lectio ὡς pro ἕως, quam tuentur codd. *Wetſt.* A. D. L. 1. 42. *Birch.* Vatic.

* XII. 41. *Aſſ.* II. in contextu, vidit gloriam Dei, cum codd. D. 69. in m. lectio vulgaris: gloriam eius.

* XII. 47. *Ed. Wh.* pro, et non ſervaverit, in m. et non crediderit. Haec eſt lectio vulgaris, illam tuentur codd. A. D. L. 13. 33. 69. Vatic. Urb. 2. al. Duas alias adnotatiunculas habet Ed. Wh. ad v. 24 et 26. cap. ſeq.

* XIII. 26. *Aſſ.* II. dedit. m. ܢܣܒ ܘܝܗܒ accepit et dedit. Ita *Wetſt.* C. L. M. 33. *Birch.* Vatic. Lectio Orig.

* XIII. 35. *Aſſ.* II. ſi dilectionem habueritas alii ad alios. m. dilexeritis alii alios, cum ſolo 69 *Wetſt.* et *Birch.* Vind. 31.

* XIV. 10. *Ed. Wh.* verba quae loquor ܡܡܠܠܢܐ m. ܐܡܪܢܐ dico. λεγω. ut codd. I. L. et Vatic.

* XIV. 26. *Aſſ.* II. ܐܡܪܢܐ quae dico. m. ܐܡܪܬܗ dixi, cum textu recepto. Ad v. 30 Ed. Wh. appoſita eſt varians lectio, quae ſitne latinorum:

latinorum: non invenit quidquam (in me), an Cantabrigienſis: *ουκ εχει ουδεν εὑρειν*, ambiguum mihi eſt.

* XV. 14. *Barber.* ܟܠܗܝܢ omnia, quae praecipio. m. ܗܠܝܢ ea quae, Graeci *ὁσα*, et codd. D. L. 1. 69. Vatic. *ἁ*.

* XV. 21. *Ed. Wb.* facient vobis. m. in vos, *εις ὑμας*. Lectio codicum *Wetſt.* D. L. 1. 33. 71. *Birch.* Vatic.

* XVI. 13. *Aſſ.* II. cum autem venerit ille. m. ܗܘ ܦܪܩܠܝܛܐ *ὁ παρακλητος*, ut Wetſt. Evang. 3.

* XVII. 1. et 5. *Ed. Wb.* ܐܒܝ mi pater. in m. ܐܒܐ ܐܒܐ Graeci: pater.

* XVII. 7. *Aſſ.* II. ܝܕܥܘ noverunt. m. ܝܕܥܬ novi, ut *Wetſt.* A. 7. 118. et *Birch.* duo.

* XVII. 20. *Ed. Wb.* pro illis (qui credunt) m. pro omnibus. *Wetſt.* 1. 15. 27. 42. 78. et duo *Moſq.*

* XVII. 23. *Ed. Wb.* ܘܐܚܒܬ *και αγαπησα* m. ܘܐܚܒܬ *και αγαπησας* ut textus receptus. Philoxeni lectionem tuentur codd. D. 42. 96 et nonnulli Moſq.

* XVIII. 10. *Ed. Wb.* ܐܕܢܗ *ωτιον*. m. ܐܕܢܘܢܝܬܗ *ωταριον*, diminut. cum ſolo cod. L. et Vatic.

XVIII. 13. *Aſſ.* II. add. in m. ܫܕܪܗ ܗܟܝܠ ܗܘ ܚܢܢ ܠܘܬ ܩܝܦܐ ܟܕ ܐܣܝܪ misit eum igitur Anna ad Caipham vinctum. Conſule de hoc loco infra verſ. Hieroſol.

* XVIII. 14. *Aſſ.* II. margini apponit lectionem *αποθανειν*, quam tuentur codd. D. L. 33. 66. Vatic. et Vind. 31.

* XXI. 18. *Barber.* in m. „et alii tibi accingent lumbos tuos et ducent te" plur. pro ſing. Sic legunt codd. *Wetſt.* D. 1. et tres *Moſq.*

R Tantam

Digitized by Google

Tantam variarum lectionem farraginem eum praecipue in finem non ſine moleſtia congeſſimus atque ad codices graecos examinavimus, ut ex illis indoles eorum codicum intelligatur, quibus in edenda verſione Philoxeniana uſus fuerit Thomas Harclenſis. Quas ſi in univerſum ſpectamus varietates, primo quidem intuitu tantam inter exempla Thomae et codices C. D. L. 1. 33. 69 aliosque huius generis convenientiam et veluti conſanguinitatem reperimus, ut codices Harclenſes huic codicum familiae vindicare non dubitemus. Sed operae pretium videtur, haec accuratius inveſtigare.

Secernendae ſunt primum lectiones e Simplice petitae, quam verſionem ſaepe conſuluiſſe videtur criticus, veluti Luc. IV. 11. 35. VII. 2. VII. 40. Ioa. VIII. 44 alia.

In reliquis igitur conſentit criticus noſter cum *ſolo Cantabrigienſi*, Wetſtenio codice D (cui plerumque accedunt codices latini antiqui) undevigeſies, nimirum Matth. I. 7. VIII. 28. IX. 15. XV. 6. XX. 28. Marci I. 3. IV. 9. VII. 13. Lucae VII. 1. 41. XII. 1. 2. XVIII. 30. 34. XX. 36. XXII. 34. Ioa. VI. 1. VII. 40. IX. 37. et accedente codice Vaticano, ſexies, Matth. I. 22. XVI. 8. XXIV. 37. Luc. VIII. 26. X. 17. Ioa. XII. 34. vel aliis uno duobusve codicibus aſſentientibus, ſepties, Matth. V. 48. IX. 15. XIII. 29. Marci XIV. 47. XXII. 46. Luc. X. 23. Ioa. XII. 28. vel pluribus, veluti 1. 13. 28. 33. 69. 118 duodevigeſies, Matth. I. 11. Marci I. 29. IV. 30. V. 1. VI. 11. Luc. V. 21. VI. 1. 10. 48. VII. 28. VIII. 27. XIII. 5. 28. XXII. 16. Ioa. II. 15. X. 16. XII. 28. XXI. 18.

Porro cum *ſolo Stephani octavo*, Wetſt. L, bis, Marci XVI. 8. Luc. VIII. 38. et uno duobusve aliis ſuffragantibus, in primis Vaticano vel Urbino 2. undecies Matth. XIV. 13. XIX. 16. Marci XI.

Digitized by Google

XI. 8. Luc. III. 33. XII. 56. XX. 33. XXI. 24. Ioa. I. 18. IX. 14. XI. 54. XVIII. 10.

Cum utroque codice DL, accedentibus uno alterove ex his, 1. 13. 33. 69. 118. Vindob. 31. Urbino 2, et plerumque etiam Vaticano, bis et vigeſies: Matth. XIX. 17. XXVII. 56. Marci I. 16. VII. 14. VIII. 34. X. 50. Luc. II. 33. 38. 43 reliqua.

Cum codice *Regio*, Wetſt. C, accedentibus nonnullis ex his, 1. 61. 106. 118. Vind. 31. quinquies: Matth. XIV. 15. Marci XIV. 45. Luc. I. 63. XI. 46. XXI. 27.

Cum CD ſolis, vel aliis aſſentientibus, quinquies: Matth. I. 7. XIV. 19. Marci III. 32. Luc. III. 16. V. 7.

Cum CL ſuffragante Vaticano, ter: Marci IX. 7. X. 49. Luc. I. 66. vel aliis codicibus accedentibus, bis: Matth. XXIV. 9. Ioa. XIII. 26.

Cum CDL aſſentientibus vel Vaticano, vel 1. 13. 28. 69. Vind. 31. aliisve huius generis, tredecies Marci IV. 37. IX. 15. 31. X. 34. 38. XIV. 14 rel.

Cum *ſolo Alexandrino*, Wetſt. A, bis: Matth. XXVI. 40 et Ioa. III. 8 et cum ADL, accedentibus uno aliove codicum ſaepius laudatorum 1. 33. 69. Vatic. Vindob. 31. Urb. 2. octies: Matth. XXV. 16. XXVII. 29. Luc. XIII. 31. XVI. 9. Ioa. VI. 22. XI. 31. XII. 13. 35.

Cum *ſolo Vaticano*, Wetſt. B, bis: Marci II. 18. Luc. XXII. 9. vel uno aliove accedente, quattor: Matth. VI. 21. XI. 19. XV. 31. Marci X. 47, quibus addi poſſunt ea loca; ubi Vaticanus cum CD et L conſentit.

Cum codice *Cyprio*, Wetſt. K, aliisque, novies: Matth. XV. 32. Marci X. 17. 20. Luc. I. 41 rel.

Digitized by Google

Cum ſolo codice 1 Wetſt. Luc. V. 29. ſolo 22, Matth. XXVII. 9. ſolo 54, Marci V. 18. ſolo 69 ter: Luc. IV. 22. VIII. 10. Ioa. XIII. 35. ſolo 106, Marci XI. 32. ſolo Vindob. 31 bis: Matth. XXVII. 16. Marci VIII. 17. ſolo Urb. 2. Matth. XIII. 52. ſolo uno Moſquenſi, Luc. XX. 23. XXI. 9.

Cum plurimis *antiquis* codicibus, ut C D E F G H K L M al. duodecies: Matth. VIII. 13. XXVI. 7. 40. Marci III. 32. IX. 12. Luc. VIII. 3. IX. 23. X. 37. XXII. 18. Ioa. VI. 45. XI. 12. 39.

Cum *iunioribus* codicibus duodecies, veluti Matth. VII. 24. Marci IV. 32. al.

Cum ſolis *latinis* ſepties: Matth. II. 20. Luc. II. 9. XIV. 8. XIX. 9. XXI. 11. Io. II. 1. III. 8.

Denique cum *nullo* quater et vigeſies, Matth. II. 23. III. 7. IV. 6. IV. 19. 24. V. 13. Marci XV. 25. XVI. 8. Luc. II. 32. 52. IV. 38. VII. 25. VIII. 29. X. 10. XIV. 12. XVII. 23. 26. XXII. 47. Ioa. III. 36. IV. 24. VI. 10. 21. 22. 26.

Itaque inter CLXXX circiter varietates centies tricies fere conſentiunt codices B. C. D. L. 1. 33. 69 Urb. 2. Vindob. 31. al. et undevigeſies ſolus D. E quo manifeſte patet, codices Thomae a recenſione Conſtantinopolitana, quam exhibent plurimi codices Moſquenſes, longiſſime abeſſe, et vel mixtum ex Alexandrina et Occidentali contextum exhibuiſſe, vel alios ad illam, alios ad hanc recenſionem pertinuiſſe.

Diſputatum fuit inter eruditos [48], an forte ipſum codicem Cantabrigienſem (Wetſt. D) conſuluerit Thomas, quem toties preſſe ſequatur. Quae quidem ſententia, me iudice, eo probari non po-

teſt,

[48] *Wetſtenii* prolegomena in N. T. p. 28. *Ridley* de ſyr. N. Foed verſionibus. Sectio XV inprimis p. 61. *Michaelis* introductio in N. T. germanice edita §. 95.

teſt, quod lectiones huius codicis ſingulares in ſuis quoque exemplis invenerit (cf. ad Matth. XX. 28) nequ[illegible]o refelli, quod vel alias varietates obſervaverit criticus, quae in Cantabrigienſi deſint, plures enim codices eum conſuluiſſe ſcimus, vel multas omiſerit, quae in Cantabrigienſi ſerventur, veluti additamenta illa Matth. X. 23. Luc. VI. 5. Io. XI. 28. al. non enim omnes codicum ſuorum lectiones, ſed eas tantum attuliſſe videtur, quae ipſi probabiliores haberentur. At enim vero ſaepe iis etiam locis aliam lectionem appoſuit criticus, ubi Philoxenus, vel quis tandem auctor fuit Philoxenianae verſionis, codicem Cantabrigienſem ſecutus fuerat, e. c. Matth. XVII. 12. XVIII. 25. 29. XIX. 45. Marci I. 11. IX. 19. 40. XII. 14. Luc. VII. 39. Io. XII. 41. 47. XVII. 23. Criticus ſine dubio, ſi quidem ad manum habuiſſet Cantabrigienſem codicem, ſaltem in margine, ut alibi, (Luc. XIX. 38. 45.) adnotaſſet, hanc lectionem non in omnibus reperiri exemplis graecis: cum contra, alia lectione propoſita, illam reiiciat, quam quaſi nulli codices ſui probarent. Accedit, quod ad Lucam cap. XX. v. 34, ubi Philoxenus additamentum aliquod inſeruerat, quod hodie in ſolo Cantabrigienſi legitur, aperte fateatur, in graeco illud non eſſe, quod certe dicere non potuiſſet, ſi huius exempli graeci inſpiciendi facultatem habuiſſet.

Quidquid ſit, illud tamen extra omnem dubitationem ponitur, codices Thomae ſimillimos fuiſſe Cantabrigienſi, e quo non tantum huic codici, ſed etiam recenſioni novum pretium accedit. Imo codices Thomae meliores, me iudice, habendae ſunt illis, quibus in edenda verſione uſus fuerat Philoxenus vel Polycarpus, quae licet vulgo eandem recenſionem ſequatur, multas tamen recepit lectiones, quae in probatis exemplis vix reperiantur. Sic e. c. Matth. XXIII.

25 pravam lectionem ex ignorantia linguae graecae in nonnullos codices invectam ſervat της παροψιδος του πινακος, et in eodem verſu duas lectiones coniungit, ακρασιας και αδικιας. Capite XXVIII, 1, interpretatione Simplicis, quam alibi libentiſſime ſequitur, reiecta, temere ſcribit οψε δε σαββατων pro σαββατου, veſpera Sabbati. Ibidem verſo nono otioſam repetitionem, ὡς δε επορευοντο απαγγειλαι τοις μαθηταις αυτου, quam Simplex cum probatis codicibus graecis omiſit, ex ſuis codicibus denuo recipit. Marci I. 2. cum nonnullis corrigit εν τοις προφηταις, ubi Simplex antiquam ſine dubio et veram lectionem ſervavit, εν Ησαιᾳ τῳ προφητῃ. Capite V. 12 a bonis exemplis reprobata verba παντες οἱ δαιμονες, e ſuis temere addit, quaſi omnes daemones uno ore petiiſſent. Quibus ſpeciminibus alia facile addi poſſunt, ſi pluribus opus videtur.

Sed finem huic diſſertationi imponam, quae iam longius, quam velim, excrevit, ad tertiam Syrorum verſionem progreſſurus, quae utraque antecedente, niſi antiquior, certe multo praeſtantior haberi meretur.

Digitized by Google

LIBER III.

DE VERSIONE HIEROSOLYMITANA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Tertiae Syrorum verſionis, eruditis diu incognitae, unicum exſtat apographum [1] in Bibliotheca Vaticana Romae, ubi, facultate clementer conceſſa, illud depromſimus et e priſtina obſcuritate ad lucem protulimus. Deſcriptum quidem fuit ab Aſſemano in catalogo bibliothecae Vaticanae P. I. T. II. pag. 70 ſeq. ſed parum et verſionem et indolem codicis tetigit cl. auctor, nobisque largum novarum obſervationum campum reliquit.

Codex hic praeſtantiſſimus, inter ſyriacos Vaticanos XIX, exaratus eſt in membrana forti, foliis CXCVI formae quartae, paginis in binas columnas diviſis, litterarum forma rudiore ad veterem ſcribendi modum accedente. Sex priora folia codicis cuiusdam graeci reliquias exhibent, quarum interdum vocula aliqua inter columnas vel in margine litteris evaneſcentibus apparet: his ſyriaca nigriore atramento ſuperſcripta ſunt. Ab uno tamen librario totus liber deſcriptus eſſe videtur, neque Aſſemano aſſentio, qui priora folia ad ſupplendum codicem denuo adiecta fuiſſe putat. In omnibus enim idem character, eademque formandarum litterarum ratio obtinet. Ubique etiam litteris ſyriacis decoloribus et pene iam exoleſcentibus novum atramentum ſuperinductum, male quidem et negligenter, ab eadem, ut videtur, manu qui punctis diacriticis aliisque codicem inſtruxit. Puncta enim tantum non omnia, et illud quoque, quod

 litterae

[1] Apographum eſſe, patet ex omiſſionibus et mendis ſcriptionis, quae non niſi amanuenſis incuria vel imperitia irrepere poterant.

Digitized by Google

litterae Dolat ܕ ſupponi ſolet, ab antiqua codicis ſcriptura certe aberant. Quam ob rem ea quoque in ſpecimine, quod tabula VIII exhibetur, quantum fieri potuit, eliminavimus, ut veterem ſcribendi modum fideliter redderemus: ne tamen harum rerum ſtudioſis aliquid deſit, eandem pericopen omnibus ſuis punctis inſtructam, opportuno loco infra inſeremus.

Continet hic codex non quidem integra Evangelia, ſed pericopas ex Evangeliis ſelectas, per anni circulum recitandas a paſchate ad ſabbatum ſanctum, item pericopas de reſurrectione Domini, et denique lectiones in dies feſtos ſanctorum ſecundum calendarii ordinem: quarum omnium indicem exhibet catalogus Aſſemanianus l. c. Pericoparum tituli minio ſcripti ſunt, carſchunice, h. e. lingua arabica, litteris ſyriacis; ſed ſaepius, Syrorum more, mendoſe, ideoque lectu difficiliores. Syri enim Chriſtiani licet lingua arabica tamquam vernacula utantur, de grammatices et orthographiae praeceptis parum ſolliciti eſſe ſolent. Incipiunt pericopae Ioanneae, hoc titulo praemiſſo: ܦܨܘܠ ܐܠܐܢܓܝܠ ܡܢ ܝܘܚܢܐ ܐܠܡܥܡܕܐܢ ܗܘ ܡܢ ܐܠܦܨܚ ܐܠܝ ܐܠܥܢܨܪܗ ܘܗܝ ܡܟܬܘܒܗ ܘܐܚܕ ܒܥܕ ܘܐܚܕ ܒܬܪܬܝܒܗ ܘܗܝ ܚܡܣܝܢ (pro ܚܡܣܘܢ) h. e. „Pericopae Evangeliorum e Ioanne baptiſta, a paſſate ad pentecoſten, una poſt aliam ordine deſcripta; ſuntque numero quinquaginta.“ Amanuenſis Ioanni bapriſtae ex errore tribuit, quae ſunt evangeliſtae. Sequitur titulus primae pericopes, carſchunice: ܢܗܐܪ ܦܨܚܐ ܥܠ ܐܠܩܕܐܣ „die paſſatis ad Miſſam“ qui, ut in reliquis pericopis, in margine ſyriace atramento iteratur, his verbis ܚܕܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ „dominica paſſatis“ Expliciunt hae pericopae folio 36 col. 1. addita hypographe: ܫܠܡ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܗܠܠܝܢܝܣܛܝ ܒܐܦܣܘܣ „Explicit Evangelium Ioannis. Helleniſtice Epheſi.“ Sequuntur pericopae e Matthaeo, dein e Luca; has excipiunt lectiones ex Evan-

geliis

geliis promiſcue ſumtae, tum pericopae e Marco, iterum aliae mixtae, denique agmen claudunt lectiones in dies feſtos ſanctorum ad calendarii ordinem diſtributae. Prima e Marco pericope, recitanda die S. Theodori, crucis figura ornatur, circulo incluſa, in cuius centro Servatoris effigies apparet [2]. Pericope in diem S. Pelagiae, VIII Octobr. folio 159 hiſtoriam adulterae continet, quae in aliis verſionibus ſyriacis deſideratur. Abſoluta pericope in diem incorporeorum [3] conſignatur codex ſubſcriptione amanuenſis, folio 194 cui denuo aliae tres pericopae antea omiſſae, ab eadem manu, et una a recentiore quodam librario ſuperadduntur. Carſchunica hypographe his verbis continetur: ܐܬܟܡܠܬ ܟܬܐܒܬ ܗܕܐ ܐܠܐܢܓܝܠ ܐܠܡܩܕܣ: ܝܘܡ ܐܠܐܪܒܥܐ ܐܠܣܐܒܥ ܡܢ ܗܕܐ ܐܠܫܗܪ ܐܠܡܒܐܪܟ ܫܗܪܗ (ܘܗܘ ܐܒ [4]) ܟܬܒܗ ܐܠܥܒܕ ܐܠܚܩܝܪ ܐܠܚܐܛܝ ܐܠܩܣ ܐܠܝܐܣ (ܐܒܘܕܝ) ܒܝܕܗ ܒܚܣܒ ܛܐܩܬܗ ܦܝ ܕܝܪ ܐܒܐ ܡܘܣܐ ܒܡܕܝܢܬ ܐܢܛܐܟܝܐ ܬܓܐܗ ܐܪܨ ܐܠܩܕܣ ܘܝܣܐܠ ܟܠ ܡܢ ܩܪܐ ܦܝܗ ܐܢ ܝܕܥܘ ܠܗ . ܝܪܚܡ ܐܠܠܗ ܡܢ ܩܪܐ ܘܡܢ ܟܬܒ ܐܡܝܢ . ܘܟܐܢ ܕܠܟ ܣܢܬ ܐܠܦ ܘܬܠܬ ܡܐܝܗ ܘܐܚܕ ܘܐܪܒܥܝܢ ܠܐܠܐܣܟܢܕܪ ܐܠܝܘܢܐܢܝ ܘܐܠܚܡܕ ܠܐܠܠܗ h. e. „Abſoluta eſt deſcriptio huius ſancti Evangelii feria quarta, die ſeptima „ huius menſis (Ab, vel Auguſti). Scripſit humilis peccator, Elias „ presbyter Abudenſis, ſua manu, pro ſuis viribus, in monaſterio „ Abatis Moſis, in urbe Antiochia, e regione terrae ſanctae. Petitque ab omnibus, qui in eo legerint, ut preces pro ipſo fundant. „ Miſereatur Deus lectoris aeque ac ſcriptoris! Amen. Actum „ anno MCCCXLI Alexandri Graeci (h. e. Chriſti 1030) Laus „ Deo! ‘

S 2

[2] De more Ieſu effigiem in cruce exprimendi, vide ſis ill. Stephani Borgia de cruce Vaticana commentarium, Romae, 1779, pag. 42.

[3] In honorem quatuor animalium Apocalypſeos, quibus ab antiquiſſimo tempore eccleſia Alexandrina peculiarem cultum praebet. Conſule ill. *Stephani Borgia* de cruce Veliterna commentarium, Romae 1780, pag. CX ſeq.

[4] Voces hic et infra lunulis incluſae, in codice ſupra lineam additae ſunt. Totaque hypographe mendis orthographicis abundat.

Digitized by Google

„ Deo!“ Praeterea duarum inſcriptionum Carſchunicarum meminit Aſſemanus l. c. pag. 102, quae in fronte codicis reperiebantur. Prior nunc deſideratur, qua monachus Elias, huius apographi auctor, poſtquam Abas monaſterii S. Eliae in urbe Caucaba electus fuiſſet, codicem hunc una cum ſex Menaei codicibus Antiochia Arabum Caucabam transportaſſe, atque monaſterio S. Eliae dono dediſſe aſſeritur. Altera in primo codicis folio adhuc ſuperſtes teſtatur, Eliam monaſterium Caucabae exſtruxiſſe, et ad hunc finem terram, oleas, ſiliquas e pago Abora (ܐܒܘܪ ܟܘܟܒ) apportari curaſſe, deinde novum monaſterium hoc codice donaſſe. In ultima pagina veſtigia reperiuntur inſcriptionis arabicae, ſed aetate adeo conſumtae, ut ne verbum quidem inveſtigari agnoſcique queat.

Haec de codice noſtro in univerſum dicta ſufficiant: iam de ſingulis partibus ſeorſim agendum eſt. Et hic quidem omnia, tum litterarum forma, tum dialectus proprietas, tum indoles verſionis ſingularia ſunt et nova.

Ad litterarum formam quod attinet, ea propius accedit ad Hebraeorum ſcribendi modum, quam antiqua Syrorum ſcriptura. Integrum alphabetum a me ad *αυτοψιαν* delineatum grammaticae ſuae ſyriacae inſerendum curavit ill. Ioannes Davides Michaëlis, quod egregium opus conſulant velim lectores. In hoc particulare eſt illud, quod littera Dolat ܕ careat puncto, quo a Riſch ܪ differt, et quod F et P, quae apud Syros unicam litteram ܦ communem habent, figura diſtinguantur: ܦ F, ܦ P.

Videamus nunc de dialecto, quam, quia proxime ad Chaldaicam accedit, Hieroſolymitanam eſſe cum ill. Michaële ſuſpicor, eamque ob cauſam verſionem quoque *Hieroſolymitanam* nuncupavi. Atque hic tum pars *λεξικη*, quae vocabula ſpectat, tum *γραμματικη* obſervanda eſt.

Vocabula

Vocabula multa in hac verſione leguntur exotica, vel graecae, vel chaldaicae originis, quibus maximam partem neque civitatem, neque peregrinitatem dederunt Syri, nonnulla quoque plane obſcura.

Graeca ſunt ܐܪܟܘܢ *αρχων* Matth. IX. 18. ܐܛܪܦܝܙܝܛܐ *τραπεζιται* Matth. XXV. 27. ܐܢܓܪܝܐ *αγγαρεια* Matth. XXVII. 32. ܐܢܛܝܕܝܩܐ *αντιδικος* Matth. V. 25. ܒܘܠܘܛܣ *βουλευτης* Marci XV. 43. ܣܕܘܢ *σινδων* Marc. XV. 46. ܚܠܠ ܕܩܪܡܝܕܣ *δια των κεραμων* Luc. V. 19. ܠܟܠܠ ܗܘܠܘܣ *ὁλος* (in graeco *εις το παντελες*) Luc. XIII. 11. ܗܕܪܘܦܝܩܘܣ *ὑδρωπικος* Luc. XIV. 2. ܡܡܘܢܐ *μαμμων* Luc. XVI. 13. ܐܟܠܘܣ *οχλος* Luc. XXII. 6. ܗܠܝܢܣܛܝ ܘܪܗܘܡܐܝܣܛܝ ܘܥܒܪܐܝܣܛܝ Luc. XXIII. 38. ܕܢܝܣܛܝܣ *δανειστης* Luc. VII. 41. ܒܦܪܗܣܝܐ *εν παρρησια* Ioa. VII. 4. ܩܐܝܪܘܣ *καιρος* ܩܝ ܓܪ *και γαρ* Ioa. IV. 23. ܢܘܣܐ et ܢܐܘܣܐ *ναος* Io. II. 15. 21. ܦܘܠܩܐ *φυλακη* Ioa. III. 24. ܡܠܠܘܢ *μαλλον*, cui reſpondet ܐܝ ܓܪ *η γαρ* Io. III. 19. ܦܝܣܛܝܩܘܣ *πιστικος* Io. XII. 3. ܦܪܛܘܪܝܢ *πραιτωριον* Io. XVIII. 28; alia, quorum nonnulla ab auctore Philoxenianae verſionis quoque uſurpantur, plurima autem in ſcriptis Talmudicis et in primis in Talmude Hieroſolymitano animadvertuntur. His adde nomina propria more Graecorum relata, ut ܐܝܫܘܥ vel ܝܫܘܥ vel ܝܫܘܣ (ſemel ܝܫܘ Luc. XIX. 5.) *Iησους*; ܝܘܚܢܢܝܣ *ιωαννης* Matth. IV. 21; ܩܝܦܐܣ *Καϊαφας* Matth. XXVI. 3; ܝܐܝܪܘܣ *Ιαειρος* Luc. VIII. 41: ܡܫܝܚܐ *Μεσσια* Io. I. 42; ܚܢܐܣ *Αννα* Io. XVIII. 13. Alia tamen rectius ſcribuntur, ܚܢܐ *Αννα* Luc. II. 36. ܫܘܫܢ Suſanna, Luc. VIII. 3. rel.

Magis notatu digna ſunt vocabula Chaldaica, in dialecto Hieroſolymitana in primis adhibita; haec ordine alphabetico commemorabimus.

Digitized by Google

ܥܢܐ *reſpondit*. Io. I. 26. III. 5. et centies alibi. Vox, Arabibus etiam communis, frequens in Talmude Hieroſolymitano, teſte Buxtorſio in Lexico Chald. et Talm. pag. 398: et Davide Cohen de Lara in Lexico Talm. Lugd. 1668 folio 29 col. 4.

ܐܦܬܐ *ora*, *fimbria*. Matth. XXIII. 5. ܡܦܬܝܢ ܐܦܬܝ ܕܐܨܛܠܝܗܘܢ Vox chaldaica. Buxtorf. pag. 126.

ܐܘ *vae*. ܐܘ ܗܘ ܕܫܪܐ Marci XV. 29. Hebr. אוי

ܐܦܝܐ. Marci II. 26. ܠܚܡܐ ܐܦܝܐ panis facierum. Syris ܐܦܝܐ eſt pinſus, vel piſtor. Sed chaldaica ſunt לחמא אפיא

ܐܕܡܐ pro ܕܡܐ *ſanguis*. ܚܩܠ ܐܕܡܐ Hakeldama Matth. XXVII. 8. Vocabulum frequens in Targum Hieroſ. Buxtorf. Lex. Talm. pag. 548. Eiusdem generis ܐܦܝܓܪܦܝܬܐ, epigraphe; ܐܨܘܦܘܢܝܬܐ a ܨܘܦ, *συμφωνια*. Luc. XV. 25.

ܐܪܝܣ *hortulanus*. Plur. emph. ܐܪܝܣܝܐ Matth. XXI. 34. Chaldaice אריס. Uſurpatur quoque in Targum Hieroſol. teſte Cohen de Lara.

ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܘܠܚܘ *ſeorſim*, *privatim*. Marci IX. 28. al. Chald. בינו לבין עצמו

ܓܪܡܐ uſurpatur ut Chald. גרם apud Hieroſolymitanos frequens, pro *ipſemet*. ܐܦܨ ܓܪܡܟ ſervà te ipſum, Luc. XXIII. 39. ܨܒܝܢܐ ܕܓܪܡܝ voluntas mea, Ioa. VI. 38. ܥܠ ܡܢ ܓܪܡܟ de te ipſo Io. I. 22 al. — Deinde quoque eſt corpus, ſtatura, ut apud Chaldaeos, e. c. ܠܡܡܠܠ ܓܪܡܗ ܗܘ Ioa. IX. 21. — Alibi primitivam notionem habet oſſis Matth. XXIII. 27.

ܒ cuius loco Syri utuntur praefixo ܕ, in hac dialecto more Chaldaeorum retinetur. Saepe idem valet, quod ܒܝ

ܕܡܝܐ *pretium* Matth. XXVII. 6. Vox mere chaldaica. Vid. Buxt. p. 548. ܕܡܝ idem. Ibid. v. 9.

ܗܡܐ

ܗܡܡ *incaluit*. Verbum Talmudicum, reſpondens Hebraeorum יחם et חמם, quorum utrumque de urigine et flagrantia libidinis uſurpatur. Geneſ. XXX. 39. Ieſ. LVII. 5. ܕܚܙܝ ܝܢ ܗܡܡ ܒܗ Matth. V. 28.

ܗܟܝ Chald. ܗܟܝ ܟܕܐ הכיך pariter, idem quod Syr. ܐܟܚܕܐ Matth. XXII. 34. ܗܟܝ ܠܡܠܠܘ adeo, ut. Matth. XXVII. 14. ܗܟܝ ܠܡܠܠܘ ܒܕ ܝܗܒ ܦܬܓܡܐ ܠܡܠܗ ܠܚܕܐ

ܚܘܪܢ *alius*. Ioa. V. 7. et alibi. Per aphaereſin primae litterae Alef ſic dicitur ex dialecto Hieroſolymitana, teſte Buxtorfio l. c. pag. 60.

ܛܒܐ *fama* Matth. IX. 26. Syris ܛܒܐ Chald. טבא

ܛܘܪ *ager*. Matth. XXIV. 40. Luc. XVII. 7 al. At Hebraeis, Chaldaeis, Syris, Arabibus eſt *mons*: Semel quoque apud noſtrum montis ſignificationem habet Matth. XVIII. 12.

ܝܬ articulus chaldaicus accuſativi caſus. Io. VIII. 29. ܘܠܐ ܫܒܩ ܝܬ ܠܓܪܡܝ mere chaldaica ולא שבק יתי לגרמי Matth. XXIV. 51 ܡܦܠܓ ܠܗ ܝܬ ܚܘܠܩܗ

ܗܝܕܝܢ - ܗܝ *tunc*. Matth. XXVII. 3. ܠܗܟܢ *propterea*, ut apud Chaldaeos.

ܟܪܘܬܝܬ ܕܕܒܫܐ *favus*. Luc. XXIV. 42. pro Syrorum ܟܪܘܬܐ Chald. כבריתא Buxtorf. pag. 1035.

ܠܚܝܐ *ικμας*. Luc. VIII. 6. Forte Hebr. לח

ܠܚܘܨܝ ܠܚܘܨܝ *calamitates*. Luc. XXI. 25. ܠܚܘܨܝ ܕܡܠܝܢ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܕܡܠܟܝ ܕܥܡܐ ܘܕܘܚܩܢܐ Hebr. לחץ Arab. لحاص oppreſſio, calamitas. Ad ultimam vocem conf. Chald. זוע

ܡܓܝܣܘܬܐ *convivium*. Matth. XXII. 4. Chaldaice גגס eſt *edere*, מגיסא et מגוזא *cibus*, *ferculum*, voces in Midraſch Rabba frequentes.

quentes. Syri tamen habent ܡܒܫܠܢܐ pro coquo, teſte lexico meo ms.

ܡܒܣܡܬܐ *ſuffitus*. Luc. I. 10. 11. Talmudicorum מוגמר Arabum مبخر

. ܕܡܪܩܕܢܘܬܐ ܥܠ *κατα του κρημνου* Matth. VIII. 32. Syris ܪܩܕ eſt texere, ſed Chaldaeis ſalire, ſubſilire. Uſurpatur in Talmude et Midraſch Rabba.

ܡܝܐ *aqua*. Ioa. XIII. 5. Forma chald. מיין

ܡܩܦܣܪ *alapa*. Ioa. XVIII. 22. סטר apud Talmudicos eſt, in maxillam aliquem caedere, alapam impingere. Matth. XXVI. 67 vertitur *εκολαφισαν*, ܘܡܚܘ ܠܗ ܩܠܦܣܝܢ, voce graeca ſervata, qua etiam Chaldaei utuntur, teſte Buxtorfio pag. 2050.

ܥܬܝܕ *μελλειν*. Io. VI. 15. ܕܗܘܘ ܥܬܝܕܝܢ ܕܢܐܬܘܢ *μελλουσιν ἐρχεσθαι*. Io. IV. 47. ܗܘܐ ܓܝܪ ܥܬܝܕ ܕܢܡܘܬ *ημελλε γαρ αποθνησκειν*. Sed cap. XII. 33 ܥܬܝܕ legitur pro *μελλει* ut in Simplice.

ܫܓܘܫܝܐ *confuſio*, *tumultus*. Matth. XXVII. 24. Conf. Buxtorf. pag. 1660.

ܦܪܓܠ *flagellum*. Io. II. 15. pro ܦܪܓܠܐ litteris permutatis.

ܦܪܛ *diſtrahere numos*. ܗܠܝܢ ܕܡܦܪܛܝܢ ܡܦܪܛܢܐ *numularii*. Io. II. 14. Syris ܦܪܛ eſt ſcindere, ſed a Chaldaeis uſurpatur de numis maioribus, qui in minores commutantur, et פרוטות vel פריטין ſunt numuli qui pro melioribus numis commutari ſolent.

ܙܥܘܪ vel ܙܥܘܪ *parum*. Marci II. 1. ܠܝܘܡܬܐ ܙܥܘܪ *δι' ἡμερων*. Luc. VII. 47. ܙܥܘܪ *ὀλιγον*. Credo, legendum eſſe ܙܥܘܪ, puncto ab illo forte, qui litteris exoleſcentibus novum atramentum ſuperinduxit, temere appoſito. Chald. זעור

ܙܥܘܪܬܐ

ܟܢܦܬܐ *ora, extremitas.* Matth. IX. 20. ܟܢܦܬܐ ܕܡܐܢܗ Bis legitur eadem vox in Targum Hieroſolymitano, pro qua Buxtorfius ſubſtituere volebat כנפה in lexico Talm. pag. 1929. Sed Hieroſolymitanae dialecto propriam eſſe, auctoritate huius N. T. verſionis confirmatur. Arabice صنف et صنفة, ora amiculi. Golius.

ܩܗܠܐ *coetus, turba hominum.* Matth: XXVII. 25. Marci VII. 16. Chald. קהלא

ܪܢܐ pro ܐܪܢܐ *arca, feretrum, loculus.* Luc. VII. 14. Vox Hebraeis et Chaldaeis frequens.

ܫܒܝܒܐ *aeſtus.* Matth. XX. 12. A Chaldaico שביבא ſcintilla.

ܫܒܫܒ *ramus.* Io. XII. 13. ܫܒܫܒܝ ܕܕܩܠܝ A Chald. שבשב frondeſcere, שבשבת ramus.

ܫܩܡܐ *ſycomorus.* Luc. XIX. 4. Hebr. Chald.

ܫܠܫܠ *demittere.* Marci II. 4. ܘܣܠܩܘ ܐܘܠܘ ܫܠܫܠܘ ܥܪܣܐ Convenit cum שלשל mittere, demittere deorſum, in Targum et Talmud Hieroſolymitano uſitato, teſte Buxtorfio.

ܫܐܕ *daemon.* Io. VII. 20. ܫܐܕ ܐܝܬ ܠܟ δαιμονιον εχεις. Io. X. 20. ܫܐܕ ܐܝܬ ܠܗ Frequens huius vocis uſus in Targum, Targum Hieroſolymitano, et apud Talmudicos. Buxtorf. p. 2338.

ܫܢܐ *petra.* Marc. XV. 46. Chaldaice dicitur, שנא דכיפא dens petrae, h. e. ſcopulus. Targum 1 Sam. XIV. 4. 5. et שנירת ſcopulus maris. Midraſch Rabba. Vide Buxtorf.

ܬܗܐ *reſipiſcere* et ܬܗܘ *reſipiſcentia.* Matth. IV. 17. XXVII. 3. Luc. V. 32. Chaldaice תהית poenituit, et תהו poenitentia. Uſurpatur in Targum Hieroſolymitano et a Talmudicis. Buxtorf.

Obſcura ſunt et e nulla quod ſciam dialecto illuſtranda, quae ſequuntur: ܐܠܒܝܕ Luc. VII. 14. ܐܠܒܝܕ ܠܫܝܚܐ ἥψατο της σορου — ܫܝܪܝܗ

Digitized by Google

ܚܝܪܘ Luc. VI. 10. ܘܚܙܐ ܒܟܠܗܘܢ ܚܝܪܘ *και περιβλεψαμενος παντας αυτας* — ܩܠܝܠ *βραχυ* Io. VI. 7. — ܦܠܚܐ *εργαζομαι* Io. VI. 28. ܢܓܪܐ *στεγη* Marc. II. 4. — ܐܝܠ ܢܦܩ ܝܬܗ ܒܠܚܘܕ ܒܥܩܪܘ ܕܠܐܗܐ ܣܡܘܢܝ *υποδηματα* Luc. XV. 22 et Luc. III. 16. — ܐܣܟܘ ܢܓܪܐ ܒܘܦܠܐ ܕܡܣܩܘܢ pro quo Marci I. 7 legitur ܒܘܦܠܐ ܕܡܣܢܘܗܝ ܩܦܚܘ ܠܐܦܘܗܝ *εραφισαν* Matth. XXVI. 67. — ܘܡܚܝܢܗ

Eandem, quod ad grammaticam, cum dialecto Chaldaica conformitatem reperimus. Pronomen affixum tertiae perſonae nominum pluralium vulgo, more Chaldaico, ſcribitur ܘܝ pro ܘܗܝ ut ܥܒܕܘܝ Io. VI. 28. ܠܬܠܡܝܕܘܝ al. Status emphaticus nominum pluralium adſciſcit terminationem *aiia* ut apud Chaldaeos, quam Syri in *e* ܐ̱ contrahunt, e. c. ܐܪܣܝܐ Matth. XXI. 34. ܠܚܡܝܐ ܐܦܝܐ Marci II. 26. ܚܙܝܪܝܐ Luc. XV. 16. ܒܗܝܟܠܐ ܕܟܗܢܝܐ Luc. I. 9. reliqua. Tertia perſona Futuri maſculina ſingularis pluraliſque numeri *Jud* praeformativum cum Chaldaeis et reliquis orientalibus adſciſcit, ubi Syri aeque ac Sabii ſeu Galilaei habent *Nun.* v. c. ܝܐܡܪ dicet Matth. XXIV. 23. ܝܐܡܪܘܢ dicent ib. v. 26. 44. ܝܐܬܘܢ Matth. XXVII. 64. ܝܚܝܐ Luc. XXIII. 35. ܝܡܘܬ Io. IV. 47 et ſic ubique.

Formae chaldaicae etiam ſunt ſequentia: ܠܟܠܗ Matth. XXVII. 4. 25. ܬܝܟܘܠ comedes Luc. XVII. 8. ܗܝܟܢ abi Marci II. 9. ܫܡܥܘ audite Luc. IX. 35. ܐܬܪܘܡܡ exaltabor Io. XII. 32. ܠܟܝ tibi fem. Luc. I. 28. ܗܘܝ ſit Io. VI. 40. ܗܘܝ ſumus Io. VI. 28. ܗܘܢ ſunt Io. III. 9. ut Chaldaei per apocopen ſcribunt יהי et הוא pro יהוי: et alia plura.

Sed tamen non ubique ſibi conſtat librarius. Promiſcue utitur formis ܬܐܡܪܘܢ ad chald. תימרון Matth. XXI. 24. et ܬܐܡܪܘܢ c. XXI.

c. XXI. 21. et ܠܡܥܒܕܘܢ c. XXIII. 39. Mox Syriacae orthographiae vel grammaticae adhaeret, mox in alia omnia abit, ut ܬܦܩܘܢ pro ܬܐܦܩܘܢ Luc. XII. 11. al. Cui amanuenſis inconſtantiae vel negligentiae illud etiam tribuo, quod *primus* perſona Futuri interdum Iud vel Nun praeformativum habeat, quod ab omnibus orientalium linguis prorſus alienum eſt. Suſpectum id merito videtur, et eo magis mihi viſum eſt, quod codicem in aliis etiam negligentius ſcriptum animadverterem. Exempla tamen hic apponam. Matth. XVII. 17. ܢܣܘܒܪ ܠܟܘܢ pro ܐܣܘܒܪ chald. אסובר Targum Deuter. I. 12. Matth. XXII. 44. ܢܣܝܡ pro ܐܣܝܡ Matth. XXVII. 17. 21. ܢܫܪܐ ܠܟܘܢ et v. 22. ܢܥܒܕ Luc. XVII. 8. ܥܕܡܐ ܢܐܟܘܠ ܘܢܫܬܐ et Marci I. 38. ܢܟܪܙ pro ܐܟܪܙ

Sed quo melius dialecti indolem perſpiciant eruditi, integram pericopen exſcribam, eandem, cuius partem in tabula VIII aere inciſam exhibui, et hic quidem omnibus ſuis punctis inſtructam, quae ſecundis curis librarii cuiusdam addita videntur.

Matth. XXVII. 3—32.

ܐܠܦܨܠ ܐܠܟܐܡܣ ܠܠܝܠܗ ܐܠܓܡܥܗ ܐܠܟܒܝܪܗ ܥܠܝ ܡܬܐܘܣ [5] ܒܩܝܪܘܣܐ
ܗܘ [6] ܟܕ ܚܡܐ ܝܗܘܕܐ ܕܡܫܠܡ ܗܘܐ ܠܗ ܕܐܬܚܝܒ ܠܡܡܬ ܘܐܬܗܦܟ ܘܐܦܢܝ
ܬܠܬܝܢ ܟܣܦܐ ܠܪܒܢܝ ܟܗܢܐ ܘܠܣܒܐ ܘܐܡܪ ܚܛܝܬ ܕܐܫܠܡܬ ܕܡܐ ܙܟܝܐ ܘܐܢܘܢ ܐܡܪܘ
ܠܗ ܡܐ ܠܢ ܐܢܬ ܚܙܝ ܘܪܡܐ ܟܣܦܐ ܒܗܝܟܠܐ ܘܐܙܠ ܚܢܩ ܢܦܫܗ ܘܪܒܢܝ
ܟܗܢܐ ܢܣܒܘ ܟܣܦܐ ܘܐܡܪܘ ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܡܪܡܝܘ ܒܩܘܪܒܢܐ ܡܛܠ ܕܛܝܡܝ ܕܡܐ
ܗܘ

[5] Titulus pericopes carſchunice: „Pericope quinta ad noctem feriae ſextae maioris“ (h. e. diei paraſceves) Legitur haec pericope folio 130, col. 1. Recurrit iterum, nimirum a verſu 1 huius capitis ad 38, ad veſperas diei paraſceves.

[6] A graeco *καιρος*. His verbis utitur verſio Hieroſ. in initio pericoparum, ubi Syri vulgo praemittere ſolent verba: ܒܗܘ ܕܝܢ ܙܒܢܐ *eo tempore*,

[illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

7 A ſecunda manu ܡܒܠܟܐ

8 Pro Syr. ܗܘ vel Chald. ܗܘܐ

9 Dominus Ieſus, pro: Ieſus. More Evangeliariorum.

10 A ſecunda manu: ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ

11 A ſecunda manu: ܕܟܪܘܙܘܬܐ Perperam, ut vulgo.

12 Pro ܡܫܡܫܢܘܬܗ ſyr. vel ܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ chald.

13 A ſecunda manu: ܠܐܬܩܢܝܬܐ

14 A ſecunda manu: ܕܚܪܫܐ

15 A ſecunda manu: ܘܡܠܟܐ

16 Pro ܡܢ chald.

ܕܢܚܐ ❖ ܐܠܦ ܠܒܝܬܟܘܢ ❖ ܘܐܬܝܬ ܒܟܠܗ ܓܠܝܠܐ ܘܐܠܦܘܢ ܐܪܐܟܝ ܒܟܢܫܬܗܘܢ ܘܡܚܠܐ
ܟܘܪܗܢ ❖ ܒܟܠ ܥܡܐ ܠܗܘܢ ܠܬܪܥܝ ܠܟܠܗ ܕܫܡܥܗ ܕܝܗܝܢ [27] ܘܩܪܒܘ ܢܦܩ ܠܗܘܢ
ܕܝܠܗܘܢ ܢܦܩ ❖ ܘܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܕܝܗܘܕܐ ܕܥܒܪ ܝܘܪܕܢ ܠܟܠܗ ܣܘܪܝܐ ܒܫܡܥܗ
ܠܐܟܪܝܣܛܐܣ ܘܡܫܒܩ ܟܠܗܘܢ ܕܟܠܗ ܥܡܐ ❖ ܘܡܠܦ ܢܦܩ ❖ ܘܡܬܠܒܟܝܢ [28]
ܘܐܣܝ ܡܫܬܒܩ ܟܠܗܘܢ ❖ ܘܝܬܒ ܟܢܫܐ ܡܢ ܩܫܝܐ ܘܡܣܒ ܟܠܠ ܩܫܝܢ ܘܟܢܫܐ
ܟܢܫܝܢܗ ❖ ܘܗܘܐ ܩܝܡܝܢ [29] ܘܟܢܫܘܗܝ ܩܪܝܒܝܢ ܟܗ ❖ ܘܐܫܬܡܥ ܡܠܟܐ ܠܗ
ܡܠܟܘܬܗ ܕܫܡܝܐ ❖ ܘܢܦܩ ܟܗ ܡܢ ܚܩܠܐ ܘܗܘܐ ܥܡܝ ܠܟܗ ܟܠܠ ܩܫܝܗ ❖
ܡܢ ܝܫܘܥ ܟܗ ܐܝܬܝܗ ܡܢܗ ܟܠܡܝܢܐ ❖ ܘܡܢ ܠܐܢܫ ܢܦܩ ܠܗ ܡܫܬܡܥܘܢ ❖
ܘܐܡܪ ܢܦܩ ܕܝܠܗܘܢ ܢܦܩ ❖ ܟܕ ܕܝ ܢܚܬ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܫܡܝܐ ܕܡܫܟܚܝܢ
ܗܒܝܬܐ ܠܚܘܝܢ ܙܐܝܪ ܐܠܝܨܝܐ ܕܢܬܚܢ ܠܟܢܝܫܐ ❖

Satis conſtat ex his ſpeciminibus, dialectum eſſe incultam, et inconcinnam, Chaldaicae ſimiliorem quam Syriacae; orthographiam autem vagam, inconſtantem, arbitrariam, et ab imperito librario reſcribendo et corrigendo denuo impeditam.

Verum enim vero eo magis contextus codicis vel ipſa verſio eruditorum attentionem aeſtimationemque commeretur. Ex hac aliqua delibaturo in uſum eorum, qui ſacris litteris ſtudium ſuum addixerunt, primum excerpendae mihi ſunt nonnullae graeci textus interpretationes ſcitu digniores, aut quibus aliquid ponderis ineſſe mihi quidem viſum fuerit.

Matth. IV. 24. Vocem *σεληνιαζομενους*, quam Simplex interpretatur filios tecti, noctambulones, qui morbo correpti tecta ſcandere coguntur, reddit noſter ܕܠܒܟܝܗܘܢ ܒܪ ܣܗܪܝܢ, et infra c. XVII. 15. ܡܠܒܟܝܢ ܡܢ ܒܪܬ ܣܗܪܝܢ, h. e. qui a filia lunarum, vel a daemone quodam ad lunae curſum vexantur, etymologiam graecae vocis ſecutus,

[27] Lege ܗܝ ܕܝܗܝܢ

[28] A ſecunda manu: ܡܬܠܒܟܝܢ Et infra, ubi redit eadem pericope, à prima manu ܡܬܠܒܟܝܢ ܕܣܗܪܘܢܐ

[29] Vid. *Caſtelli* Lexicon ſyr, in hanc vocem.

cutus, qua tamen nihil aliud niſi epilepticum indicari, vel e teſtimonio veteris poëtae apud Fabricium patet, Bibl. gr. lib. III. cap. 26. verſ. 176.

Matth. V. 28. *ηδη εμοιχευσεν αυτην εν τη καρδια αυτου.* Noſter ܪܓܝ ܠܗ̇ ܗܘܐ ܗܘ qui libidinoſis oculis mulierem aſpicit, iam cupiditate incenſus eſt in eam. Non ſane ſpernenda explicatio. Verba, quae in graeco adduntur, in corde ſuo, ܒܠܒܗ a negligente librario ob *ὁμοιοτελευτον* antecedentium forte omiſſa ſunt: ſed ſuperflua quoque in interpretione Syri noſtri videntur.

Matth. VI. 11. Vagae ſunt interpretum ſententiae in reddendo graecum *επιουσιον*. Diverſam ab aliis viam ingreſſus noſter vertit ܠܚܡܐ ܕܥܘܬܪܐ panem divitiarum h. e. ſuperfluum. Reprobanda quidem interpretatio, ſed tamen hic, ubi de indole verſionis agitur, non plane omittenda.

Matth. XVIII. 12. Plurimae editiones graecae verba *επι τα ορη* iungunt ſequenti *πορευθεις*. At noſter rectius cum praecedentibus ea connectit, ut verſiones Simplex et Philoxeniana. Verba eius ſunt: ܠܐ ܫܒܩ ܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥܐ ܥܠ ܛܘܪܐ ܂ ܘܐܙܠ ܒܥܐ „Nonne relinquet nonaginta novem in monte, et abibit quaeret" rel. Pecudes enim in montibus pabulari ſolent.

Matth. XXIII. 8. Senſu mutato vertit noſter: ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܬܩܪܘܢ ܠܐܢܫ ܪܒܝ ܚܕ ܗܘ ܓܝܪ ܡܠܦܢܟܘܢ. „Vos autem *neminem* vocetis, Rabbi: unus enim eſt magiſter veſter" cui reſpondet v. 9. „Neminemque patrem veſtrum vocetis, unus enim eſt pater veſter, ille coeleſtis." Conſule varias lectiones, infra addendas.

Matth. XXIV. 31. Verba *μετα σαλπιγγος φωνης μεγαλης* rectius conſtruxit noſter, quam plerique interpretes, vertens: ܥܡ ܩܠܐ ܕܩܪܢܐ ܪܒܬܐ cum ſonu tubae magnae. Alii vel omiſerunt vocem *φωνης*, vel

vel *και φωνης* legendum putarunt: facilior ſane et expeditior eſt interpretatio Syri, quem Philoxenus etiam comitatur.

Matth. XXV. 2. Voces *μωραι* et *φρονιμαι*, hoc modo interpretatur: ܚܡܫܐ ܡܢ ܗܘܢ ܗܘܝ ܡܛܠܢ ܘܚܡܫܐ ܥܩܝܢ quinque earum otioſae erant, quinque autem vigiles vel induſtriae. "

Matth. XXVII. 27. Ad vocem *στρατιωται* recte de militibus Romanis cogitat Syrus, vertit enim ܪ̈ܘܡܝܐ [20] Sed de ſequente ܩܣܛܝܪܐ, qua graecam vocem *σπειραν* reddit, non ſatis mihi conſtat, niſi forte idem ei valeat, quam Chaldaeis, nimirum, quaeſitorem, ſuppliciorum criminalium executorem. Buxtorf. in Lex. chald. Talm. pag. 2078.

Marci II. 16. Hunc verſum reddidit: et legisperiti Iudaeorum cum eum viderent comedere cum publicanis, dicebant diſcipulis ſuis: quare cum publicanis et peccatoribus comeditis et bibitis? Quod primo loco publicanis peccatores non adiunxerit, mihi quidem placet. Iudaei quidem, Ieſu adverſarii, publicanos omnes peccatores haberi volebant, ut inde criminis Ieſum accuſarent: ſed non ita Matthaeus, qui Ieſu hiſtoriam tradit. Reliqua: legisperiti Iudaeorum, pro, legisperiti et Phariſaei; item, comeditis et bibitis, pro comedit et bibit (Ieſus) ſi ex auctoritate codicis graeci ſcripta ſint, probem: ſin vero ex ingenio interpretis, interpretationem non ſpernem.

Marci VII. 26. Graecum *ἑλληνις* vertit ܐܪܡܝܬܐ *Aramaea* ܐܪܡܝܬܐ ܗܘܬ ܐܪܡܝܬܐ ܡܢ ܦܘܢܝܩܐ ܕܣܘܪܝܐ Eodemque modo Ioa. XII. 20. ܐܢܫܝܢ ܐܪܡܝܐ *homines Aramaei* pro *ἑλληνες*. *Graecus*, ut recte monet Wetſtenius,

[20] Niſi forte legendum ܪܘܡܚܝܐ uti graecam *στρατιωτας* reddit alibi, Matth. VIII. 9. Luc. VII. 8. Sed tamen haec vox neque Syris, neque Chaldaeis valet *lanceam portantes* ſed *lanceas*: et illis duobus in locis forte ܪܘܡܚܝܐ legendum, cum duplici Jud, loco Dageſch chald. Vide infra ad Io. XVIII. 3.

Digitized by Google

ſtenius, hic et alibi non eſt nomen patriae, ſed religionis, quo omnes vocantur, qui Iudaei non ſunt: Syrus autem noſter, praeeunte Simplice ad Rom. I. 16 et alibi, Iudaeis non Graecos opponit, ſed Aramaeos. Nimirum ut a Iudaeis omnes orbis terrarum incolae dividuntur in Iudaeos et Graecos, ita Syri in Iudaeos et Aramaeos eos diſtinguunt.

Lucae V. 22. Verbum *διαλογιζομαι* recte hoc loco interpretatur: ܡܢܐ ܐܢܬܘܢ ܡܬܚܫܒܝܢ ܒܝܫ ܒܠܒܘܬܟܘܢ „quid mala cogitatis in cordibus veſtris?"

Luc. VII. 45. *φιλιμα* egregie de more ſalutandi exponit ܫܠܡܐ ܠܐ ܝܗܒܬ ܠܝ „pacem mihi non dediſti" h. e. me non ſalutaſti (conf. Buxtorf. Lex. Talm. pag. 2424. 2425.) et ſequens *καταφιλουσα μου τους ποδας*, ut priori reſponderet, ܡܫܠܡܐ ܪ̈ܓܠܝ Amici, more orientali, os cum ore, vel malas cum malis conferendo ſeſe amplectuntur: inferiores autem, veluti ſubditi, ſervi, dominis ſuis pedes vel genua oſculari ſolent [21].

Lucae XIII. 22. *πορειαν ποιουμενος*. Noſter, ſenſu forte parum mutato, ܘܡܣܬܒܠܢܘܬܗ ܗܘܐ ܥܒܕ ܠܐܘܪܫܠܡ „et in peregrinatione ſua proficiſcebatur Hieroſolymam."

Lucae XXIV. 18. *παροικεις*. Syrus: ܐܢ ܒܠܚܘܕܝܟ ܬܘܬܒܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪܝܗ ܕܐܘܪܫܠܡ „tune ſolus inquilina es inter omnes Hieroſolymae „ incolas, qui ignoras omnia ea, quae his diebus ibi geſta ſunt?"

Ioa. V. 13. ܗܘ ܓܝܪ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܐܬܢܝ ܠܗ ܡܢ ܐܬܪܐ ܠܐܬܪܐ ܕܗܘܐ ܐܘܚܠܨܐ ܥܠܘܗܝ „ Ieſus autem ab uno loco in alium ſe recepit, quod turba ei immineret." Eodem ſenſu verba graeca accipit noſter, quo Philoxenus, Ieſum nimirum a metu populi, qui eum premeret, evadendi

[21] *Niebuhr* deſcriptio itineris arabici, germanice, Tom. II. pag. 115. 178. *Hoſt* relationes de Maroco et Fez, danice, pag. 107.

dendi occaſionem quaeſiviſſe: contra Simplex ſenſum exprimit hunc, Ieſum facile per turbam populi evadere potuiſſe.

Io. IX. 11. Vocem *νιψαι* non de ablutione totius corporis, in lutro Siloenſi, ſed rectius de lotione oculorum intelligit Syrus: vertit enim: „abi Siloam et lava oculos tuos.“

Ioa. XVI. 2. Formulam *λατρειαν προσφερειν τω θεω* ex uſu loquendi Iudaeorum graece loquentium explicandam eſſe, et de ſacrificiis Deo offerendis accipiendam, dudum intellexerunt eruditi. Optime igitur noſter: ܕܩܛܠܟܘܢ ܗܘ ܡܩܪܒ ܠܐܠܗܐ „Qui vos occidet, arbitrabitur, ſe ſacrificium Deo offerre.“ Fere ut vetus latina verſio, de qua Alexius Symmachus Mazochi in ſpicilegio biblico ad hunc locum: „officium ſe praeſtare Deo.“ Conf. verſio ſimplex.

Ioa. XVIII. 3. *Σπειρα* illa, quae Iudam comitabatur, manipulus fuiſſe videtur cohortum Romanarum, quae tribus illis annuis feſtis Iudaeorum Caeſarea veniebant, ad obſidendam arcem Antoniam. Bene igitur Syrus hanc vocem interpretatur ܪܗܘܡܝܐ *Romanos* ſc. milites.

His praemiſſis, verſionis indolem accuratius examinabimus. E graeco fonte eam manaſſe, iis dubium videri non poteſt, qui utrumque conferre velint contextum. Nam non modo veſtigia graecorum vocabulorum ubique fere impreſſa deprehenduntur, id quod vel ex iis exemplis, quae ſupra, ubi dialecti ratio exponenda erat, allata ſunt, luculenter apparet: ſed etiam, licet minus preſſe et anxie graecum textum amplectatur, quam Philoxenus aliique huius generis interpretes, etymologiam tamen graecarum vocum interdum accurate exprimit, ut *ανομια* ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ, *αποψυχειν* ܢܦܩܝܢ ܢܦܫܬܐ Luc. XXI. 26 cet. Haec eum praecipue in finem monere volui, ne quis plurimum minimumve ei tribuat, et vel propter dialectum

 chaldaicam,

chaldaicam, qua concinnata eſt atque notabiles, quas continet, varietates additionesque [22], eam antiquorum Evangeliorum chaldaicorum, quibus Nazareni et Ebionitae utebantur, reliquias conſervaſſe putet; vel e convenientia, quae ſaepe inter latinam verſionem et noſtram intercedit, hanc ad illam formatam refictamque eſſe exiſtimet.

Neque tamen, quamvis cum ceteris verſionibus ſyriacis communem habeat fontem, has imitatur, ſed aliam potius et diverſam viam ingreditur. Minus libera eſt ſimplici, nec litterae inhaeret ut Philoxeniana. Saepe quoque lectiones ab utraque receptas reſpuit, aliasque recipit, illis ignotas, quarum hic unam alteramve e primis Matthaei capitibus indicabo, reliquarum ut loco et exemplo ſint. Matth. III. 11 omittit noſter voces *και πυρι*, ab illis receptas, et quae praecedunt *οπισω μου ερχομενος*, ſenſumque exprimit hunc: „is „ autem, qui me maior eſt, cuius non ſum dignus calceamenta por- „ tare, is ſpiritu ſancto vos baptizabit.“ Cap. IV. 4 omittit verba *εκπορευομενῳ δια ϛοματος*, et cap. V. 11 vocem *ρημα*, ubi Syrus uterque non modo vocem addit, ſed etiam totum comma alio ordine ponit. Cap. V. 18 addit *και των προφητων*, et v. 44 iterum totum membrum reiicit, *και προσευχεσθε ὑπερ των επηρεαζοντων ὑμας*. Quin etiam ea loca, quae a Syris aliisque in gratiam orthodoxiae, quae vocatur, miſſa et extruſa ſunt e contextu ſacro, a noſtro fideliter, ut par erat, reſtituuntur, veluti hiſtoria mulieris adulterae apud Ioannem, duo commata apud Lucam cap. XXII. 43. 44. et verba Matthaei, capite XXIV. 36 „neque filius ſcit“ quae pia ignorantia priorum chriſtianae religionis ſeculorum expunxerat. Haec quidem exempla

[22] E. c. additamentum illud Matth. XXVII. 49 „alius accepit lanceam“ rel. de quo ut de reliquis infra. Sed in notabili loco Matth. XXIII. 35, ubi Evangelium Nazarenorum rectius habuit: *Zacharia, Ioiadae filius*, noſter cum textu recepto legit: *Barachiae filius*.

exempla ſatis probant, non e ſimplici verſione Hieroſolymitanam manaſſe, magisque etiam haec ſententia multitudine aliarum lectionum, ſoli Hieroſolymitanae propriarum, quas infra cum reliquis dabimus, confirmabitur.

Quae cum ita ſint, non tamen potui non mirificam interdum intelligere noſtrae verſionis cum ſimplici convenientiam, tamque manifeſtum in lectionibus ſingularibus, erroribusque adeo certiſſimis utriusque conſenſum, ut caſu conſtitiſſe nequeat. Matth. II. 22 *ανεχωρησεν* conſtruit cum verbo praecedenti, quaſi *αναχωρησαι* in graeco legiſſet: „indicatum ei eſt, ut abiret“ plane eodem modo, quo Simplex. Cap. XV. 27 cum ſola Simplici addit voculam, *et vivunt:* „catelli veſcuntur micis, quae cadunt de menſa dominorum ſuorum, et vivunt“ et v. 28 non ſenſu modo, ſed etiam verbis concinit cum illa vertens ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ „tunc ait illi Ieſus“ pro „tunc reſpondens Ieſus ait illi.“ Porro Lucae V. 10, ut ſola Simplex, addit: „ex hoc tempore homines capies *ad vitam*“ imo Io. I. 46 mendoſam adeo interpretationem Simplicis imitatur: „de quo ſcripſit Moſes in lege et in prophetis“ ubi graeci codices omnes recte habent: „de quo ſcripſit Moſes in lege, et prophetae.“ Negari in huiusmodi lectionibus nequit utriusque verſionis convenientia neque tamen, ut ſupra oſtendimus, filia vel affinis Simplicis habenda eſt Hieroſolymitana: quaerendum igitur, quaenam ſit mirabilis huius conſenſus cauſa et origo. Multum abeſt, quin ego eam a veritate vel praeſtantia illarum lectionum arceſſere velim, ſed potius in ſola interpolatione ponendam opinor. Sicuti enim in Simplicem multa e latina, in Philoxenianam multa e Simplici illata ſunt: [23] ita noſtra ad

[23] De Simplici hoc probavit *Io. Dav. Michaelis* in curis in ve ſ. ſyr. actuum apoſtolorum, de Philoxeniana patet e collatione ven. *Storrii* in Repertorio biblico et orient. P. X. v. c. ad Matth. VI, 23. VIII, 4 al.

ad Simplicem refecta illis in locis et accommodata fuit, id quod mirum videri vix poteſt iis, qui, quantam auctoritatem habeat vetus ſyriaca verſio apud Syros Chriſtianos, non ignorant. In noſtro quoque codice huius interpolationis veſtigia reperiuntur ad Matthaei cap. XXI. 7, ubi amanuenſis margini verba nonnulla e Simplici hauſſa adſcripſit, quae a ſeriore librario, ſi hoc codice uſus eſſet, facile in ipſum novi apographi contextum, ſicuti reliquis eiusmodi emendationibus accidit, recipi inſerique potuiſſent.

Sed, quod magis dolendum eſt, et neſcio utrum auctoris negligentiae an librarii incuriae tribuendum, nonnulla ex ingenio commutata videntur. Qua re factum, ut unius verſiculi duplex interpretatio in binis, ubi eadem narratio recurrit, pericopis reperiatur; dictum Ioa. XII. 30 in pericope 38 hoc modo vertitur: ܠܐ ܐܬܚܡ ܩܠܐ ܗܢܐ ܠܡܛܠܬܝ ܐܠܐ ܠܡܛܠܬܟܘܢ at in pericope 149: ܠܐ ܠܡܛܠܬܝ ܗܢܐ ܩܠܐ ܐܬܚܡ ܐܠܐ ܠܡܛܠܬܟܘܢ In priore quoque lectione v. 22 vox ερχεται temere iteratur: „et venit Philippus, et hic venit et dicit“ in poſteriori omiſſa; in illa deſunt verba v. 32 εκ της γης, in hac reſtituta; in pericope 39 falſa lectio v. 41 recipitur: „haec dixit Ieſaias, quando vidit gloriam *Dei*, et locutus eſt de eo“ in altera, errore forte animadverſo, hoc modo emendata „vidit gloriam Dei et locutus eſt de Ieſu.“ Et alia huiusmodi.

Denique apographum etiam noſtrum mendis naevisque ſcatet. Non ſolum ſingulae voces ſaepe depravatae ſunt, ſed etiam integrae elocutiones ob ὁμοιοτελευτον vel alio quodam caſu a negligentiſſimo amanuenſi omiſſa, veluti Io. III. 31 verba, εκ της γης εςι και εκ της γης. Ioa. VII. 41 αλλοι δε ad ſecundum ὁ χρισος. ibid. v. 45. 46 δια τι ad ὑπηρεται. Ioa. XVI. 17 και παλιν μικρον, και οψεσθε με, quae in alia pericope adſunt, et v. 33 voces, εν τῳ κοσμῳ θλιψιν ἐχετε, et centena alia.

Quae

Quae deſiderantur in codice noſtro, hactenus fideliter tradidi, ne lecturi, me nimio eius amore captum, id quod in huiusmodi perſcrutationibus facile accidere poteſt, maius, quam par eſt, pretium ei tribuiſſe arbitrentur. Supereſt, ut uſum et in re critica in primis valorem huius verſionis oſtendam, qui ſane, me iudice, tantus eſt, ut naevi omnes laudem eius detrectare vix queant, et neſciam, an ullus probatiſſimorum codicum graecorum palmam ei praeripiat. Cuius ſententiae documenta aliqua e multis ſelecta hoc loco non afferam, iniucundum fore credens lectoribus, ſi ſemper doceantur, quod ſua iam ſponte intelligunt, ſed potius omnem lectionis varietatem, quam excerpſi, cum illis communicabo, e qua ipſi, quantum verſioni tribuendum ſit, diiudicabunt. Adiiciam nonnumquam meum qualecunque de diſſenſu indicato iudicium, ubique autem codices graecos Wetſtenianos, Birchianos et Moſquenſes laudabo, qui noſtro ſuffragantur. Praemittendus eſſet index pericoparum, quae in hoc codice, quem Evangeliarium eſſe ſupra iam dixi, reperiuntur, ut eo adhibito, quem locum, quamve lectionem in noſtro quaerant, recte intelligant critici: hunc autem compendii cauſa ad marginem paginae reiiciam [24].

[24] Pericopae, ad ſeriem capitum diſpoſitae, ſunt quae ſequuntur: titulum omnium eo ordine, quo in codice ſeſe excipiunt, ſyriace et latine dedit Aſſemanus in catalogo bibliothecae Vaticanae. *E Matthaeo:* I, 1 17. 18-25. II, 1-12. 13-23. III, 1-11. IV, 1-11. 12-17. 17-23. 23 V, 13. V, 14-19. 20-30. 31-40. 42-48. VI, 1-13. 14-21. 22-24. (deeſt hoc loco unum folium) VII, 1-11. 9-18. 24-VIII, 4. 5-13. 23-27. 28-IX, 1. IX, 1-8. 9-17. 18-26. 27-35. 36-X, 8. 16-22. 37-XI, 1. 2-15. 27-30. XIII, 44-54. XIV, 14-22. 22-34. XV, 21-28. 32-39. XVI, 13-19. XVII, 1-9. 14-23 24-XVIII, 4. 10-20. XIX, 3-12. 16-26. 27-30. XX, 1-16. 29-34. XXI, 1-17. 18-43. 33-42. XXII, 15-XXIV, 2. XXII, 2-14. 15 22. 35-46. XXIII. 1-12. 29-39. XXIV, 1-13. 3-35. 34 44. 36-XXVI, 2. XXV, 14-30. 31-46. XXVI, 6-16. 1 20. 21-39. 57-75. 44-XXVII, 2. 1-38. 3-32. 33-54. 39-54. 55-61. XXVIII, 1-20. 16-20 *E Marco:* I, 1-8.

V 1 Matthaeus.

Digitized by Google

Matthaeus.

Matth. I. 11. Idem membrum genealogiae Ieſu inſeritur, quod Philoxeniana in margine apponit, de quo ſupra pag. 79.

I. 22. ܒܬܪܥܐ ܕܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ „in ianua (h. e. in initio) prophetae Ieſaiae" fere ut Philox. in margine, pag. 80. Quam lectionem e Wetſtenianis codicibus ſolus tuebatur Cantabrigienſis: huic nunc accedunt e Birchianis codex Vaticanus, et verſio noſtra ſyriaca.

II. 6. ܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕܐ forte: „terra Iudaeae" et verſu anteced. ܝܗܘܕܐ „Iudae" Cum ſyr. ſciunt verſu 6 codd. D. et 61. Hieronymus quidem reprobat hanc lectionem: quae eſt enim, inquit, aliarum gentium Bethlehem, ut ad diſtinctionem eius hic Iudaeae poneretur? Sed potius hoc cognomine diſtinguitur ab alia Bethlehem Galilaeae: in quatuor enim partes vel provincias dividebatur Palaeſtina: Iudaea, Samaria, Galilaea et Peraee.

II. 18. Deſunt verba *θρηνος και*, ut in codd. K. 1. 22. et Vaticano: conſentiente verſione Simplici al.

8. 9-11. 35-44. II, 1-12. 14-17. 23. III, 5. VI, 1-5. 14-30. VII, 24-37. VIII, 27-31. IX, 17 31. X, 32-45. XII, 28-37. 38-44. XV, 16-32. 43-XVI, 8. XVI, 2-8. 9-20. *E Luca:* I, 1-25. 24-38. II, 1-20. 22-40. 40-52. III, 1-18. IV, 16-22. 22-30. 31-36. V, 1-11. 17-26. 27-32. VI, 1-10. 17-19. 20-23. 31-36. VII, 1-10. 11-16. 19-29. 36. 50 bis. VIII, 1-3. 5 8. 16-21. 26-39. 41-56. IX, 1-6. 28-36. 37-43. 57-62. X, 16-21. 19-21. 25-37. 38-42. XI, 29-33. XII, 2-12. 16-21. 32-40. XIII, 11-17. 18-29. XIV, 1-11. 16-24. XV, 11-32. XVI, 10-15. 19-31. XVII, 3-10. 11-19. XVIII, 2-8. 10-14. 18-27 35-43. XIX, 1-10. XX, 1-8. 46-XXI, 4. 8. 9. 25-27. 33-36. XXII, 1-38. 43-45. XXIII, 32-49. XXIV, 1-12. 13-35. 36-53. *E Ioanne:* 1-17. 18-34. 35-52. II, 1-12. 12-22. III, 1-15. 13-17. 16-21. 22-33. IV, 5-42. 46-54. V, 1-15. 17-24. 25-30. 31-VI, 2. 3-14. 14-27. 27-33. 35-39. 40-44. 48-54. 55-69. VII, 1-13. 14-29. 37-VIII, 2. VIII, 1-11. 12-20. 21-30. 31-42. 42-51. 52-59. IX, 1-38. 39-X, 9. 7-16. 17-28. 25-38. XI, 1-45. 47-54. XII, 1-18. 17-50. 36-47. XIII, 1-11. 12-17. XIII, 31-XVIII, 1. XIV, 1-10. 10-21. 27-XV, 7. 1-12. 17-XVI, 2. 1-13. 14-23. 23-33. XVII, 1-13. 18-26 XVIII, 1-28. 28-XIX, 16. 6-35. 25 37. 31-37. 38-42. XX, 1-10. 11-18. 19-31. XXI, 1-14. 15-fin.

Digitized by Google

Matth. II. 22. Forte αγαχωρησαι. Vide ſis pag. 155. Syriaca ſunt: ܘܐܬܟܣܝ ܠܗ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܗܘܐ ܠܗ

III. 3. Vox λεγοντος omiſſa, ut in Simplici.

III. 6. ܒܝܘܪܕܢܢ ܢܗܪܐ „in Iordane *fluvio*" Suffragantibus codd. C. M. 1. 33. al. Vatic. Urb. 2 al. Moſquenſibus octo [25], et utraque ſyriaca verſione.

III. 11. „Is autem qui me maior eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare, is ſpiritu ſancto vos baptizabit" omiſſis verbis: οπισω μου ερχομενος et και πυρι. Priora forte ex oſcitatione amanuenſis perierunt: poſteriora deſunt in multis codicibus graecis, maximam partem iunioribus. Cl. Matthaei in adnotationibus ad ſuam N. T. editionem ea addita et inſerta fuiſſe putat ex parallelifmo Lucae, ſed poſſunt etiam eſſe eiecta ob parallelifmum Marci, ubi non leguntur.

IV. 4. ܐܠܐ ܥܠ ܟܘܠ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ „ſed de omni verbo Dei" omiſſis ſuperfluis: *quod procedit ex ore* (Dei). Conſentit e graecis ſolus D. e latinis Blanchini cod. Veronenſis et S. Germanenſis; et Foroiulianus utrumque coniungit „in omni verbo Dei, quod procedit de ore Dei"

IV. 18. ἁλιεις redditur ܨܝܕܝ ܕܢܘܢܝܢ piſcatores piſcium, ut reſpondeat ſequenti ܨܝܕܝ ܕܒܢܝܢܫܐ piſcatoribus hominum.

V. 11. „Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, et dixerint omne malum adverſum vos" *Homines* ex ingenio addidiſſe videtur Syrus: ſed *omne malum*, omiſſa voce ρημα, habent, praeter codices latinos S. German. Corbeienſem, Brixianum Blanchini, graeci Cantabr. et Vaticanus.

Matth.

[25] Litterae romanae et numerorum notae innuunt codices Wetſtenianos vel Griesbachianos, quae ſequuntur ſigla codices a Birchio collatos, et in fine indicantur codices Moſquenſes collati a Chr. Friderico Matthaei.

Matth. V. 18. ܝܘܕܐ ܚܕ ܐܘ ܚܕ ܣܪܛܐ ܠܐ ܢܥܒܪ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܐܦ ܡܢ ܢܒܝܐ „Iota unum, aut una linea non praeteribit a lege et *a prophetis*". Idem additamentum reperitur in codd. 13. 61. Vindob. 31 et apud Irenaeum. Gloſſa forte contextui immiſſa.

V. 28. Vide ſupra pag. 143 et 150.

V. 44. ܘܥܒܕܘ ܛܒܬܐ [26] ܠܐܝܠܝܢ ܕܣܢܝܢ ܠܟܘܢ ܘܪܕܦܝܢ „et benefacite his, qui oderunt vos et perſequuntur" Membrum omiſſum *και προσευχεσθε ὑπερ των επηρεαζοντων ὑμας*. Ob vocem *ὑμας*, quae ſingulas illas ſententiolas claudit, ut recte monet Kuſterus, ex variis exemplaribus varia hoc loco exciderunt: ſed plane cum noſtro nullus facit codex graecus.

V. 47. ܚܢܦܐ *εθνικοι* pro *τελωναι*, cum codd. D. 1. 33. Vatican. al. Moſquenſi uno, et latinis.

VI. 1. *ελεημοσυνην* recte vertit ܙܕܩܬܐ: utrumque enim ſignificat ſyriaca vox, et eleemoſynam et iuſtitiam. Si graeci nonnulli hoc loco ponunt *δικαιοσυνην*, non ſtatim reprobanda eſt haec lectio, quaſi communi ſenſu careat: ſed potius e more loquendi Helleniſtarum explicanda. Verſio Alexandrina eadem voce exprimit Hebr. רחמים Dan. IX. 9. ubi Theodotion habet *οικτιρμους*. [27] Conf. verſ. Philox. ſupra pag. 82.

VI. 2. ܒܟܢܘܫܬܐ ܘܒܫܘܩܐ ܘܒܦܠܛܝܐ „in ſynagogis et in plateis et in vicis" (Legendum ni fallor ܦܠܛܝܐ conf. Buxtorf. Lex. chald. Talm. pag. 2394.) In nullo alio codice leguntur voces: in plateis.

Matth.

[26] Vox Chaldaica. Buxt. Lex. chald. Talm. p. 925.

[27] Daniel ſecundum LXX, editio Romana, pag. 55. In verſione hexaplari ſyriaca legitur h. l. ܪܚܡܘܬܐ: teſte cl. *Bugatti* in editione ſyriaca Danielis ſecundum editionem LXX interp. Mediolani 1788. pag. 84.

Digitized by Google

Matth. VI. 6. A prima manu omiſſa ſunt verba, *εν τῳ φανερῳ*, reſtituta in margine. Deſunt quoque in codd. Cantabr. et Vaticano, latinis nonnullis, et apud Origenem — Eadem verba a noſtro omittuntur verſu 18, comitantibus codd. G. K. L. M. 1. 13. Vaticano, aliisque multis et latinis plurimis. Semel ea ſcripſiſſe arbitror Matthaeum, et quidem ſine dubio priori loco; librarios autem, ut una elocutio alteri magis reſponderet, mox utroque loco ea omiſiſſe, mox addidiſſe.

VI. 13. Adeſt doxologia in fine pericopės. Lectionariis addi ſolet hoc epiphonema; ex his forte in alios codices immiſſum fuit.

VI. 14. In fine verſiculi iteratur: *τα παραπτωματα αυτων*, ut in codd. L. 13. Havn. 2.

VII. 24 et 26 deeſt *τουτους* poſt *μου τους λογους*, ut in nonnullis codd. latinis Blanchinianis.

VII. 25 et 27. Mutato ordine habet noſter: ܢܫܒܘ ܪܘܚܐ ܢܚܬ ܡܛܪܐ ܘܢܗܪܘܬܐ „venti flaverunt, imber deſcendit, et flumina exundatione obruerunt domum“ Simili fere modo transponit cod. S. Germanenſis Blanchini: „deſcendit pluvia, flaverunt venti, advenerunt flumina et offenderunt in domum.“ Apta et conveniens lectio, ſed hanc ob cauſam forte minus vera: difficiliorem enim lectionem plerumque expeditiori praeferendam eſſe monent critici.

VII. 27. ܪܒܐ ܠܚܕܐ *μεγαλη σφοδρα*, cum cod. 13. Vindob. 31. et uno Moſq. Et v. 29 *γραμματεις αυτων*, cum K. 1. 13. 33. al. Vatic. Vindob. 31. Moſq. uno, et latinis.

VIII. 3. ܐܬܕܟܝ ܡܢ ܓܪܒܗ mundatus eſt a lepra ſua.

VIII. 9. ܘܠܝ ܬܚܘܬ ܫܘܠܛܢܝ ܐܣܛܪܛܝܘܛܝܢ „(homo ſum) habens ſub poteſtate mea milites“ omiſſis verbis *ὑπ᾽ εμαυτον*, quae ſuperflua videbantur. Sane non ſpernenda lectio, quam praeter noſtrum ſolus

Digitized by Google

codex latinus Brixianus tuetur, apud Blanchinum, qui habet: „nam et ego homo ſum, habens ſub poteſtatem meam milites“ In graecis nulla varietas, niſi quod nonnulli codices cum Irenaeo, eodem ſenſu ſervato, verba ὑπ' εξουσιαν cum ſequentibus ὑπ' εμαυτον iungant. In loco tamen parallelo Lucae VII. 8 concinit Syrus cum graeco vulgato: ܡܛܠ [28] ܐܢܐ ܓܒܪܐ ܐܢܐ ܠܫܘܠܛܢܐ ܡܫܥܒܕ ܐܢܐ ܘܐܝܬ ܠܝ ✣ ܦܠܚܐ ܠܫܘܠܛܢܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܫܥܒܕܝܢ

Matth. VIII. 13. Deeſt αυτου poſt παις, ut in codd. 1 et Vatic. Ibidem in fine adduntur: ܘܗܦܟ ܗܘ ܩܢܛܪܘܢܐ ܠܒܝܬܗ ܒܗ ܒܫܥܬܐ ܘܐܫܟܚ ܠܛܠܝܐ ܟܕ ܚܠܝܡ „et revertebatur centurio ad domum ſuam in illa ipſa hora, et invenit puerum ſanum“ Quod additamentum, e Luca forte petitum cap. VII. 10. reperitur quoque hoc loco in graecis C. E. M. 1. 33. aliisque 30 Wetſtenianis et Birchianis, et tribus Moſq. accedit verſio Philoxeniana et codex S. Germanenſis Blanchini.

VIII. 24. Additur poſt κυματων: ܗܘܬ ܓܝܪ ܪܘܚܐ ܠܘܩܒܠܗܘܢ „erat enim ventus illis contrarius“ cum ſolo cod. 59 Wetſt. et uno Moſquenſi.

VIII. 31. Pro „iube nos abire“ ponit noſter ܫܕܪ ܠܢ „mitte nos“ cum cod. 1 Wetſt. et Vaticano, et latinis Vercell. Veron. S. Germ. Corbei. Blanchini.

IX. 16. Vertitur hoc comma, vel explicatur hoc modo: „nemo immittit aſſumentum novum in veſtem veterem, tollit enim pleni„ tudinem eius a veſte *vetere*, et fit ſciſſura peior *priori*.“

IX. 17. Pro: rumpuntur utres, habet Syrus: ܡܨܪܐ ܗܘ ܚܡܪܐ ܠܙܩܐ rumpit vinum utres, cum ſolo codice latino S. Germanenſi. Graecus Cantabrigienſis: ῥησσει ὁ οινος ὁ νεος τους ασκους. Sumta videtur haec lectionis varietas e Marco II, 22.

IX. 22. Dixit ei, pro, dixit.

Matth.

[28] Graece και γαρ.

Matth. IX. 28. ܩܪܒܘ ܠܗ ܬܪ̈ܝܢ ܣܡ̈ܝܢ ܡܒܥܝܢ ܠܗ accesserunt ad eum duo coeci, implorantes eum. Graeci paucis: *προσηλθον αυτῳ οἱ τυφλοι.* Voculam *δυο* tamen addunt cod. Cantabr. et latini Vercell. et Veronenſis.

X. 19. ܒܗܘ ܝܘܡܐ in illo die, pro, in illa hora, cum ſolo codice C et verſione copta.

X. 40. Omiſſa librarii incuria: *δεχεται τον αποςειλαντα με.*

XI. 27. ܘܠܡܢ ܕܨܒܐ ܒܪܐ ܕܢܓܠܐ ܗܘ ܡܓܠܐ „ et cui vult filius revelare, huic revelat." Ex ingenio interpretis.

XIII. 51. Noſter: „ ſciviſtis et intellexiſtis haec omnia? Dicunt ei: etiam." Prior vox, ſciviſtis, a nullo alio codice additur, ſed ultima huius verſiculi, *κυριε*, omittitur in codd. D. 1. 13. Vindob. 31. in latina vulgata et apud Origenem.

XIV. 15. ܕܝܐܙܠܘܢ ܠܩܘܪܝܐ ܕܩܪܝܒܝܢ ut abeant in vicos propinquos. Conf. Philox. ſupra pag. 87.

XIV. 22. Deeſt nomen *ὁ Ιησους*, ut in codd. C. D. L. M. Vatic. Vindob. 31. al. et ſeptem Moſq. verſione ſyr. utraque.

XIV. 23. Totus fere verſus deeſt a *και απολυσας* ad *προσευξασθαι.* In margine tamen, quae deſiderabantur, quod ad ſenſum reſtituta ſunt, his verbis ܘܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܠܡܨܠܝܘ „ et aſcendit in montem orare-"

XIV. 24. Duplex eſt huius verſiculi lectio graeca. Textus receptus habet, *ηδη μεσον της θαλασσης ην*, codices tres, nimirum Wetſt. 13. Vatic. et Vindob. 31. cum verſione ſyriaca ſimplici, *ηδη ςαδιους πολλους απο της γης απειχεν.* Noſter utramque lectionem coniungit: ܐܠܦܐ ܕܝܢ ܟܒܪ ܗܘܬ ܪܚܝܩܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܐܣܛܕܘܬ ܣܓܝܐܢ ܒܡܨܥܬ ܝܡܐ „ navis autem iam aberat a terra ſtadiis multis in medio mari rel.

Matth. XIV. 25. Pro, ambulans ſuper mare, Syrus habet, ambulans ſuper aquam, niſi ſyriacum ܡܝܐ tranſpoſitis litteris ſcriptum eſt pro ܝܡܐ

XV. 27. Interpolationem huius verſiculi et ſequentis e ſimplici notavi ſupra pag. 155.

XV. 32. Syrus periphraſtice: „convocatis duodecim diſcipulis ſuis.“

XV. 39. Solos codices Cantabrigienſem et Vaticanum ſecutus pro Magdala habet Magadan. Syriace: ܠܬܚܘܡܐ ܕܡܓܕܢ Latini codices Blanchini aeque ac Vulgata ſcribunt, Magedam vel Magedan. Euſebius in onomaſtico refert, ſuo tempore regionem circa Geraſam Μαγαιδηνην appellatam fuiſſe, idemque accidit huic nomini, quod nomini Megiddo, quod Μαγδωλος ab Herodoto ſcribitur. Verba Relandi in Palaeſtina ex numis illuſtrata pag. 884 et 893.

XVI. 13. Cum ſolo codice Vaticano legit noſter, omiſſa voce με, „quem dicunt homines eſſe filium hominis?“ Et recte, ni fallor. Lectio vulgata e duabus lectionibus compoſita eſt, τινα] με λεγουσιν οἱ ανϑ. ειναι et τινα λεγουσιν οἱ ανθ. ειναι τον υἱον του ανϑρωπου. Conf. Marci VIII. 27. Lucae IX. 18.

XVII. 5. Deſunt verba, αυτου ακουετε, nullo alio codice vel graeco vel latino conſentiente. Et v. 7 quoque a ſolo noſtro omittuntur voces, εγερϑητε, και μη.

XVII. 14. Soli Cantabrigienſi calculum adiicit Syrus, vertens ܘܟܕ ܐܬܐ „et cum veniſſet“ pro vulgato, et cum veniſſent, Ieſus nimirum et diſcipuli.

XVII. 21. Deeſt totum comma: „hoc autem genus non eiicitur niſi per orationem et ieiunium“ Omittitur quoque a codice 33 Wetſt.

Digitized by Google

Weſt. et Corbeienſi latino Blanchini. Confirmatur tamen auctoritate Marci, epitomatoris Matthaei, qui illud agnoſcit cap. IX. 29.

Matth. XVII. 24. Iterum cum ſolo Cantabrigienſi, qui habet *και ειπαν τῳ Πετρω* pro *τῳ Πετρῳ, και ειπον* ordinem mutat, nomine praeterea Simonis pro Petro recepto, „et dixerunt Simoni" Contra verſu ſeq. Petrum nominat, ubi graeci habent *Σιμων*, ſyriace: ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ ܫܡܥܘܢ

XVII. 26. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ille autem dixit, omiſſo nomine ὁ Πετρος, cum codd. Cantab. et I Weſt. atque verſionibus nonnullis.

XVIII. 11. Deeſt totus verſus: venit enim filius hominis ſervare quod perierat. Neque reperitur in graecis L a prima manu, I a prima manu, 13 et Vaticano: neque in latino Corbeienſi. Sane ſuo loco poſitus non eſt, inſerendus potius eſſet poſt verſum 13 vel 14, ut applicatio antecedentium parabolarum. Mihi autem gloſſa eſſe videtur, ſumta e Luca XIX, 10 et primum margini adſcripta, deinde in contextum Matthaei recepta.

XVIII. 14. Librarii incuria exciderunt verba: *ἱνα αποληται εἱς των μικρων τουτων*.

XIX. 7. Cum cod. Cantabr. et tribus aliis Weſtenii omittit vocem *αυτην* in fine verſus, conſentiente vulgata et Origene.

XIX. 9. De interpretatione huius verſus non ſatis mihi conſtat: vertitur enim primum *μοιχαται* ܓܐܪ ܗܘ ܠܗ ܠܓܝܪܘ alterum ܓܐܪ ܐܝܠ ܗܘ Conf. quae de uſu verbi ܓܐܪ apud noſtrum dixi ſupra p. 144.

XIX. 17. Magna eſt hoc loco codicum graecorum varietas. Plurimi habent, *τι με λεγεις αγαθον? ουδεις αγαθος, ει μη εἱς ὁ θεος*. Contra Vaticanus, Cantabr. Stephani octavus, et I et 22 Weſt. cum cod. Vercellenſi latino habent: *τι ερωτας περι του αγαθου, εἱς εστιν αγαθος*, conſentientibus Origene multisque patribus. Emphaſin melius

lius exprimunt verba: unus eſt bonus! quam illa periphraſtica: non eſt bonus, niſi unus, Deus. Sed quod ad priora verba, probo lectionem vulgatam, quae magis reſpondet commati antecedenti. Syrus noſter facit cum patribus et codicibus modo laudatis, vertens: ܚܕ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܛܒܐ In prioribus verbis varietatem non adnotavi. Forte veram lectionem ſolus ſervavit: „quid me dicis bonum? Unus eſt bonus!“

Matth. XIX. 19. Hoc quoque loco attentionem meretur Syrus. Solus enim omittit verba, *και αγαπησεις τον πλησιον σου ὡς σεαυτὸν*, quae Origeni ſuſpecta videbantur, tum quia in reliquis Evangeliis non reperiuntur, tum quia, ſi Chriſtus dilectionis mentionem feciſſet, non antea diſtincte homicidium, adulterium rel. quae eo complectuntur, vetuiſſet. In graecis ſuis codicibus omiſſionem tamen non animadvertit Origenes. Quid igitur de noſtro tenendum, eum ad mentem Origenis mutatum fuiſſe? an, lectionem Origene antiquiorem nobis ſervaſſe?

XIX. 25. Omittit vocem *σφοδρα*, cum cod. Bodleiano et Vaticano 1210 a prima manu.

XIX. 26. Pro, aſpiciens autem Ieſus dixit, habet Syrus, reſpondit autem Ieſus et dixit. Huiusmodi variationes frequentes ſunt in Evangeliariis.

XIX. 28. *παλιγγενεσιαν* recte interpretatur ܒܬܘܠܕܐ ܕܡܢ ܕܪܝܫ et verſu ſequenti vocem *οικιας* ponit poſt *αγρους*, cum codicibus C. L. 1. et quinque Moſquenſ. Origene et Chryſoſtomo; ibidem omittit *η γυναικα* cum codd. D. 1 et Vaticano, probante Origene; tandem *πολλαπλασιονα* habet pro *ἑκατονταπλασιονα* ut codex L et Origenes. Non ſpernenda omiſſio vocis *γυναικα*; reliqua ex arbitraria mutatione originem habere videntur.

Matth.

Digitized by Google

Matth. XX. 7. Pro ληψεσθε in margine ſcriptum legitur: ܐܢܐ ܢܗܒ ܠܟܘܢ „dabo vobis“ quam varietatem ſolae tuentur verſiones arabicae et aethiopica.

XX. 11. Repetuntur antecedentia: „et cum acciperent etiam hi ſingulos denarios, murmurabant“ rel. Syriace: ܘܟܕ ܢܣܒܘ ܐܦ ܗܢܘܢ ܕܝܢܪ ܕܝܢܪ.

XX. 30. ܡܪܢ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ ܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ „domine noſter miſerere noſtri, Ieſus fili Davidis“ cum ſolo codice L. Nomen Ieſus etiam additur in cod. 69 et Vindob. 31.

XX. 31. Deeſt vox *κυριε*, eadem omittitur in uno codice Mosquenſi.

XX. 34. ܚܙܘ *ανεβλεψαν*, omiſſis *αυτον οἱ οφθαλμοι*, comitantibus codd. D. L. 1. 60. 71. 73. 77. 124. Vatic. Vindob. 31, latinis et Origene, al. Eandem lectionem adſcripſit criticus editioni Philoxenianae, in margine editionis Whitii, ܚܙܘ pro ܚܙܝ ܥܝܢܝܗܘܢ ſed non recte intellexit hanc adnotationem cl. Whitius, pag. 579. — Ad eundem verſum 34 in fine lectionis additur in margine: ܟܕ ܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ ܕܢܫܒܚܘܢ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܗܠܝܢ (h. e. ܡܫܒܚܝܢ) ܠܐܠܗܐ „laudantes Deum, ut omnis populus, qui ea viderat, celebraret Deum.“

XXI. 1. Pro plurali, cum appropinquaſſent et veniſſent, habet noſter ſingularem, cum appropinquaſſet et veniſſet, cum codice E, et Evangeliariis nonnullis, atque codicibus Chryſoſtomi Moſquenſibus, aſſentiente Origene, (lectio a Chryſoſtomo forte invecta); deinde nomen Bethphage componit cum Bethania, ut codd. 13. 69. 73, ad Marcum cap. XI. 1 et Lucam cap. XIX. 29. Syriaca ſunt: ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܐܬܐ ܠܒܝܬ ܦܓܐ ܘܒܝܬ ܥܢܝܐ ܥܠ ܛܘܪܐ ܕܙܝܬܐ

Matth.

Matth. XXI. 7. A prima manu legitur: ܘܣܡܘ ܥܠܝܗܘܢ ܢܚܬܝܗܘܢ ܘܪܟܒ ܥܠܘܗܝ „et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, et ſedit ſuper eo" h. e. vectus eſt eo, aſino: pro, et ſedere cum fecerunt ſuper eos. Conſentiente ſolo Cantabrigienſi. Librarius autem, qui codicem reſcripſit, ad Simplicem mutavit priora verba, pro ܥܠܝܗܘܢ poſito ܥܠ ܥܝܠܐ *pullo* (impoſuerunt veſtimenta) Utraque correctio inepta. Graeca enim facile intelligantur: impoſuerunt illis, aſino aeque ac pullo veſtes, quibus, non utrique aſino, ſed veſtibus, inſideret Ieſus.

XXI. 14. Codices graeci hoc loco habent, vel, coeci et claudi, vel, claudi et coeci: noſter ſolus ܣܡܝ̈ܐ ܘܚܪ̈ܫܐ ܘܚܓܝ̈ܪܐ coeci et muti (vel ſurdi) et claudi.

XXI. 28. Vocem *μου* poſt *αμπελωνι* omittit cum codd. D. K. L. 1. 13. 33. al. Vindob. 31 et nonnullis Moſq.

XXI. 29. 30. Transponit hos verſus Syrus: „ille autem reſpondit et dixit, Ego, domine, abeo, et non ivit. Accedens „ autem ad alterum dixit ſimiliter. At ille reſpondens ait, Nolo. „ Poſtea autem eum poenituit et abiit ad vineam" Eodem modo, exceptis ultimis verbis, ad vineam, a ſolo D additis, leguntur in codd. 13. 69. Vaticano, Vindob. 31 et uno Moſq. Deinde v. 31, iisdem codicibus aſſentientibus, pro, primus, legitur ultimus. Cl. Matthaei ortam ſuſpicatur transpoſitionem e commentariis interpretum, qui haec verba de populo Iſraëlitico et de gentilibus accipiebant; quo poſito, exoriebatur quaeſtio, utri prius vocati eſſent, Iſraëlitae an gentes.

XXI. 35. Semel abeſt *οἱ γεοργοι*, in alia pericope autem additur. Item v. 43. deeſt *εθνει*, in altera pericope reſtitutum.

XXII. 7. Deeſt vox *εκεινος*. Verſu 23 circumſcribit *αναςασιν* ܩܝܡܬܐ ܕܡܝ̈ܬܐ reſurrectio mortuorum.

Matth. XXII. 30. Graeca *ουτε γαμουσιν, ουτε εκγαμιζονται* uno verbo reddit ܠܐ ܡܙܕܘܓܝܢ non copulantur, matrimonium non ineunt. Sed cap. XXIV. 38 utrumque verbum graecum exprimit, ܘܡܙܘܓܝܢ ܘܡܙܕܘܓܝܢ

XXII. 37. Cum codd. 68. 69. et Vindob. 31, conſentientibus verſionibus ſyriacis, addit *και εν ὁλῃ τῃ ισχυϊ*. Syriace: ܡܢ ܟܠܗ ܠܒܟ ܘܡܢ ܟܠܗ ܢܦܫܟ ܘܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܟ ܘܡܢ ܟܠܗ ܪܥܝܢܟ

XXII. 38. Verbis transpoſitis: hoc eſt maximum et primum mandatum. Cum graecis L. 1. 13. 69. Vaticano, Vindob. 31. et latinis Blanchini, excepto Brixiano.

XXII. 43. A ſecunda manu poſt verba: in ſpiritu, ſupra lineam additur, ſancto, ut in cod. 61 duobusque aliis Wetſt.

XXII. 45. Syrus: ſi ergo David in ſpiritu vocat eum, additis *εν πνευματι* cum codd. D. M. 13. 69. 71 al. Vind. 31. al. et nonnullis Moſq.

XXIII. 3. Cum codicibus D. L. 1. Vatic. Vindob. 31. transponit verba: facite et ſervate, pro: ſervate et facite.

XXIII. 14. Librarii incuria ſemel excidit vox *κριμα*, in alia pericope reſtituta. Et v. 18 paraphraſtice vertit: per oblationem, quae eſt ſuper altari.

XXIII. 35. Omnes codices et verſiones ſecutus Zachariae tribuit cognomen Barachiae filio.

XXIV. 1. „Et egreſſus Ieſus de templo, ibat" pro: „et egresſus Ieſus, ibat e templo" aſſentientibus graecis D. L. 1. 12. 13. 69. 70. 106. Urbin. 2. Vind. 31. Moſquenſibus nonnullis, latinis Blanchini, et verſione Philoxeniana.

XXIV. 2. „Ipſe autem reſpondens dixit illis" ut codd. D. L.

 1. al.

Digitized by Google

1. al. Vatic. Vindob. 31 et codices Chryſoſtomi Moſq. accedentibus latinis, excepto Brixiano.

Matth. XXIV. 6. ταυτα habet pro παντα.

XXIV. 36. Syrus: ܐܦ ܠܐ ܒܪܐ ܐܠܐ ܐܒܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ „ neque filius (ſcit) ſed ſolus pater " Duplex varietas. Primum enim additur, quod nec filius ſcit, ut in graecis D. 13. 86. 124. Vatic. Vindob. 31. codicibus Chryſoſtomi Moſq. et latinis Blanchini, al. Deinde ſcribitur pater, pro, pater meus, comitantibus D. L. 1. 40. 69. 71. 72 al. Vatic. Urb. 2. Moſq. nonnullis et latinis. De priori varietate ita ſentit Ambroſius de fide lib. V. cap. 16: in veteribus codicibus verba illa non legi; ſed mirum non eſſe, ſi et hoc falſasſent, qui ſcripturas interpolaverint divinas. At potius, cum Marcus eadem verba habeat, librarii de expunctis illis in Matthaeo culpandi forent. De poſteriori non ſatis mihi conſtat, utrum lectionis varietas, an proprietas Hieroſolymitanae dialecti habenda. ܐܒܐ enim non ſolum eſt *pater*, ſed quoque *pater meus;* hoc modo ſaepius uſurpatur a noſtro, veluti cap. XXV. 34 al. et ſemper a Chaldaeis, de quo vocis uſu Buxtorfius in Lexico chald. Talm. pag. 9.

XXIV. 42. Pro ποιᾳ ὡρᾳ, ut ſupra cap. X. 19 ponit ἡμερᾳ, comitantibus D. 13. 69. Vaticano et uno Moſq. Verſu ſequente habet ὡρα pro φυλακη, cum codd. M. 13. 33. 69. et latinis. Utroque loco cum noſtro facit codex lat. Brixianus Blanchini.

XXV. 2. Syrus ordine inverſo: μωραι — φρονιμαι. E graecis ei adſtipulantur C. D. L. 1. 12. 102. Vatic. Urb. 2. e latinis Veronenſis et Corbeienſis. His verſionem ſimplicem addit Wetſtenius, ſed temere; tum Simplex, tum Philoxeniana ſequitur textum vulgatum. Ceterum conf. quae ſupra de hoc loco diximus pag. 151.

XXV. 13. Bis omittit verba εν ῃ ὁ υἱος τ. α. ερχεται, ſemel tamen reſtituuntur in margine: ܕܐܬܐ ܒܗ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ Eadem deſunt in codd.

codd. A. C. D. L. 1. al. Vatic. et duobus Moſq. praeter codices Chryſoſtomi et latinos.

Matth. XXV. 15. 16. Eodem modo legit hos verſus, quo codd. 1. 118. Vatic. et latini Blanchiniani „et profectus eſt. Continuo autem abiit, qui quinque talenta acceperat" pro, et profectus eſt continuo. Abiit rel. Syriace: ܘܐܙܠ ܠܗ ܡܚܕܐ ܕܝܢ ܐܙܠ ܗܘ Eodem verſu 16 omittitur vox *ταλαντα*, aſſentientibus L. 1. 33. 50. 102. Vatic. Vind. 31. et latinis.

XXV. 31. Syrus omittit vocem *ἁγιοι* cum graecis D. L. 1. 42 al. Vatic. Urb. 2. Vindob. 31, uno Moſq. et latinis plerisque, asſentiente Origene cet.

XXV. 45. Iteratur vox, Amen, nullo codice concinente.

XXVI. 8. Addito *του μυρου*, cum cod. Urb. 2 et forte aliis nonnullis, habet Syrus ܠܡܢܐ ܗܘܐ ܐܒܕܢܐ ܕܒܣܡܐ „ad quid perditio haec unguenti?" Accedunt codices latini Vercell. et Veron. Simplex autem, quam Blanchinus inter teſtes huius lectionis laudat, ſequitur textum receptum.

XXVI. 16. Addit *αυτοις*, cum codd. D. 69. et latino Veronenſi, „ut eum traderet eis." Et verſu 20 addit *μαθητων*, concinentibus codd. A. L. M. 6. 63. 71. Urb. 2 et duobus Moſq. omnibusque latinis: „diſcubuit cum duodecim diſcipulis". Superfluum utrumque additamentum: ſaepius autem eiusmodi circumlocutione utitur noſter, latinos aliosve codices ſecutus.

XXVI. 36. Nomen praedii Gethſemani ſyriace ſcribitur ܓܕܣܡܢ

XXVI. 49. Nullo codice concinente, omittuntur verba: et oſculatus eſt eum.

XXVI. 60. Magnus hoc loco diſſenſus inter codices graecos. Noſter, omiſſis ſuperfluis, poſteriori *ουχ᾽ εὑρον* et *ψευδομαρτυρες*, et verbis *πολλων ψευδομαρτυρων προσελθοντων* a priori *ουχ᾽ εὑρον* ſeiunctis,

 fere

fere ut ſimplex non male vertit: „— ſed non inveniebant. Et accedebant multi falſi teſtes; denique autem accedebant duo et dicebant“ Quod ad omiſſiones concinunt graeci L. 1. 102. Vatic. Venet. 10. Vindob. 31. al.

Matth. XXVI. 69. ܠܒܪ ܒܕܪܬܐ Transpoſitio: ſedebat foris in atrio, pro, foris ſedebat. Suffragantur codd. D. 1. 102. Vatic. Urb. 2. Vind. 31.

XXVI. 70. Syrus: „neſcio quid dicis, neque intelligo“ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠ Legitur hoc additamentum, e Marco XIX. 68 petitum, in ſolo codice Cantabr. et latinis Vercell. et Veronenſi.

XXVII. 5. In una pericope deeſt ἀνεχωρησε: ܘܫܕܐ ܟܣܦܐ ܒܗܝܟܠܐ ܘܐܙܠ ܚܢܩ ܢܦܫܗ „proiectis argenteis in templo, abiit et ſe ipſe ſuſpendit“ ſed in altera additur: ܘܐܙܠ ܠܗ ܗܘ ܐܙܠ ܚܢܩ Eadem diſcrepantia inter duas pericopas v. 11, ubi ſemel legitur: ܘܩܐܡ ܩܕܡܘܗܝ ܗܓܡܘܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ et iterum ܘܩܐܡ ܩܕܡܘܗܝ ܘܐܡܪ Eodemque verſu deeſt αυτω.

XXVII. 16. 17. Bis Barrabbae nomen *Ieſu* tribuitur. „habet autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Ieſus bar Rabban“ (h. e. Ieſus filius Rabban) — „quem vultis e duobus dimittam vobis, Ieſum bar Rabban, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus?“ Syriaca habes ſupra pag. 148. Notabilis varietas, in tribus tantum codicibus graecis reperta, Wetſt. 1 a prima manu, Griesbachiano 118 et Birchiano Venet. 10 a prima manu. Sed in multis legitur ſcholion, quod in antiquis exemplis Barrabban Ieſum nominari teſtatur; laudatur a Birchio et Matthaei. Armeniam verſionem eandem tueri lectionem, auctor eſt la-Crozius, in Georgii Whiſtonii praefatione ad Moſis Cheronenſis hiſtoriam Armeniacam (Lond. 1736. 4.) Origenes quoque diſerte de ea loquitur, Homil. XXXV in Matth. fol.

26

26 edit. Pariſ. 1512. „In multis, inquit, exemplaribus non continetur, quod Barabbas etiam Ieſus dicitur, et forſitan recte, ne nomen Ieſu conveniret alicui iniquorum.“ En cauſam, quamobrem in plurimis exemplis expunctum eſt, nomen Ieſu! Denique traditio etiam eſt Syris, Barrabbae hoc nomen fuiſſe. Refert enim Salomo, metropolites Baſſorae, qui vixit anno 1222, in codice Vaticano CLXXVI, illum Ieſum appellatum fuiſſe. Verba eius: ܫܡܗ ܕܝܢ ܕܗܢ ܐܝܬ ܝܫܘܥ ܒܪܐܒܐ ܗܘܐ

Matth. XXVII. 26. Syrus: „tradidit illum eis, ut crucifigerent eum“ Eodem fere modo legunt codex Cantabr. et latini.

XXVII. 33. Golgata. Syr. ܓܓܘܠܬܐ, et explicatur ܐܬܪܐ ܕܩܪܩܦܬܐ Alibi eiusmodi interpretationes, in ſyriaco ſermone ſuperfluas, omittit.

XXVII. 34. Bis habet Syrus ܚܡܪܐ ܡܡܙܓ ܒܡܘܪܐ *vinum* mixtum cum myrrha [29], ſemel ab alia manu adſcriptum ܚܠܐ *acetum*. Οινον pro οξος habent graeci D. K. L. 1. 33. 69. 73. Vatic. Venet. 10, latini Blanch. excepto Brixiano, Syr. Philox. in margine al. Explicatio eſſe videtur ſubobſcuri οξεος, confirmata auctoritate Marci, qui habet εσμυρνισμενον οινον. Οξος enim erat vini aſperi genus, quod aqua temperatum erat militum, ſervorum, captivorum et miſerorum omnium potus uſitatiſſimus; οξυκρατον dicebatur [30]. Χολη autem in graeca V. T. interpretatione eſt abſinthium, Prov. V. 4. Thren. III. 15. Verteres igitur graeca: vinum aſperum cum abſinthio mixtum, vinum abſinthiatum.

XXVII. 40. Syrus verbis transpoſitis: „Vah qui deſtruis templum *Dei*, et in tribus diebus reaedificas illud, ſerva te ipſe et deſcende

[29] ܡܘܪܐ *myrrha*. Vox chaldaica. Buxt. Lexic. chald. Talm. pag. 1179.

[30] *Mazochi* ſpicilegium biblicum, Tom. III. pag. 60.

ſcende de cruce, ſi filius Dei es." Nullo codice concinente. Sed nomen Dei addunt codices latini.

Matth. XXVII. 49. Bis legitur hoc comma in noſtro codice, et quidem in priori pericope addito hoc aſſumento: ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܢܣܒ ܠܘܢܟܝ [11] ܘܕܓܫ ܠܗ ܠܓܒܗ ܘܢܦܩ ܡܢܗ ܡܝܐ ܘܕܡܐ „alius autem accepit lanceam et perfodit latus eius, et exiit aqua et ſanguis." Eadem graece leguntur in codd. Wetſt. C. L. 5. 48. 67. Griesbach. 115. Birch. Vatic. et Vat. 349. In ſcholio codicis 72 Diodoro et Tatiano tribuuntur. Alii veterum putant inſerta, ut oſtenderetur, Chriſti adhuc viventis latus a milite lancea percuſſum. eſſe. At mihi quidem veriſimile, haec verba, e Ioanne cap. XIX. 34 ſumta, primum ad marginem Matthaei fuiſſe adſcripta, deinde ab inſcio librario in textum, non ſuo loco, recepta.

XXVII. 53. Maxime ſuſpecta ſunt hoc loco verba, *μετα την εγερσιν αυτου*. Surgunt enim mortui, teſte v. 52, eo momento, quo Ieſus exſpirat; ſed exeunt e ſepulcris poſt reſurrectionem eius. Mira contradictio. Nonnulli igitur interpretes conſtruunt illa verba cum ſequentibus, poſt eius reſurrectionem venerunt in ſanctam urbem; alii legere malunt *αυτων*, poſt reſurrectionem eorum. Sed ſemper impeditus eſt contextus. Noſter ſolus verba ſuſpecta omittit: ܘܢܦܩܘ ܡܢ ܩܒܪ̈ܐ ܘܥܠܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܫܬܐ

XXVII. 58. Deeſt *το σωμα* poſterius, ut in codd. L. 1. 36. 37. 40. Vatic.

XXVIII. 1. Gracca ſubobſcura recte inierpretatur Syrus: ܒܪܡܫܐ ܕܝܢ ܕܫܒܬܐ ܕܢܓܗ ܚܕ ܒܫܒܐ veſpere ſabbati, qui illuceſcit in feriam primam, h. e. feriam primam antecedit. Forma loquendi a Syris arceſſita [12].

Matth.

[11] A ſecunda manu ܠܘܓܟܝ Graec. *λογχη*.

[12] Egi de hoc loco in proluſione quadam academica, qua nonnulli Matthaei et Marci enunciata explicantur, edita Havniae 1784.

Matth. XXVIII. 9. Deſunt ſuperflua *ὡς δε* ad *μαθηταις αυτου*, eademque omittuntur in graecis D. 10. 33. 69. Vatic. al. et latinis plurimis. Poſſunt et omiſſa eſſe ob *ὁμοιοτελευτον*.

XXVIII. 12. Deſunt: *συμβουλιον τε λαβοντες*, et *ςρατιωται*, ut vulgo, vertitur ܩܘܣܛܛܐ

Marcus.

I. 2. Syrus: in Ieſaia propheta. Vid. pag. 97. Ibidem omittit: *εμπροσθεν σου*, cum codd. D. L. 36. 102. Vatic. et latinis. Orig.

I. 9. Syrus: ܒܝܘܪܕܢܐ ܢܗܪܗ in Iordane fluvio, ut ſupra Matth. III. 6.

II. 24. Noſter vertit, quid faciunt diſcipuli tui? ſecutus codd. D. M. 1. 13. 28. 61. 69. Vat. 360. Barber. 10. Vindob. 31. et latinos.

III. 5. ܘܐܬܚܠܡܬ ܐܝܟ ܚܒܪܬܗ et reſtituta eſt ut altera, omiſſa voce *ὑγιης*. Conf. Matth. XII. 13.

VI. 3. Omittit *ὁ τεκτων*, eadem forte de cauſa, quamobrem Graeci nonnulli ponunt *του τεκτονος υἱος*, exiſtimantes, hanc artem Chriſto parum convenire.

VI. 14. Excidit negligentia librarii nomen *Ιωαννης ὁ βαπτιζων*. In margine additur e v. 16 ܗܘ ܕܐܢܐ ܦܣܩܬ ܪܫܗ ܗܘ „ is, quem ego decollavi. "

VI. 16. Tres codices graecos ſecutus; L. 102. et Vaticanum, omittit *εκ νεκρων*.

VI. 22. 23. Deſunt verba a primo *δωσω σοι* ad *αιτησης*, comitantibus 1. 10. 59. Vatic. 360. Ob *ὁμοιοτελευτον*.

VII. 28. Addit in fine, *et vivunt*, ut Matth. XV. 27. vid. ſupra pag. 155.

Marci

Marci VII. 30. Eodem ordine verborum legit hunc verſum, quo D. L. 1. 33. Vatic. et latini: „invenit puellam iacentem ſupra lectum, et daemonium exiiſſe.“

VII. 31. ܘܬܘܒ ܕܝܢ ܢܦܩ ܝܫܘܥ ܡܢ ܬܚܘܡܐ ܕܨܘܪ ܐܬܐ ܒܝܕ ܨܝܕܢ ܠܝܡܐ ܕܓܠܝܠܐ „et iterum exiens Ieſus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilaeum“ conſentientibus graecis D. L. 33. Vatic. et latinis.

VII. 34. *εφφαθα* ܐܬܦܬܚ, omiſſa interpretatione.

VIII. 29. Syrus: „tu es Chriſtus, *filius Dei*“ cum codd. L. Urb. 2. Vind. 31. E Matthaeo.

IX. 28. Poſt *κατ' ἰδίαν* addit, dicentes ei, ut graeci 13. 28. 69. 91.

X. 34. Graecos C. L. Vatic. et latinos ſecutus, transponit verba: „et conſpuent eum, et flagellabunt eum, et interficient eum“

X. 41. Cum ſolo Cantabr. et latinis Vercell. Veron. et Vindob. habet „*reliqui* decem.“

XII. 30. Deſunt verba *και εξ ὅλης της διανοιας σου*, eademque omittuntur in codd. D. Urb. 2. uno Moſq. et plurimis latinis. Conf. Matth. XXII. 37.

XII. 40. Poſt: domos viduarum, addit: et orphanorum, concinentibus D. 13. 27. 69. Vindob. 31. et latinis.

XV. 17. Pro, induerunt eum purpura, legit, veſte coccinea et purpurea ܠܒܫܘܗܝ ܙܚܘܪܝܬܐ ܘܐܪܓܘܢܐ Aſſumentum, compoſitum e Matth. XXVII. 29 et Ioa. XIX. 2. Conſentiunt cum noſtro codd. 69 et Vind. 31. Similiter et v. 20 „exuerunt illum veſte et purpura“ cum codd. 12. 13. 69 et Vind. 31, accedente utroque loco verſ. Arm.

XV. 32. Syrus: Rex Iſraëlis eſt, deſcendat. Pro: Chriſtus rex Iſraëlis deſcendat. Fere ut codex 61.

Marci

Marci XV. 43. Deeſt *τολμησας*, ſed additur *και* ܘܐܬܐ ܝܘܣܦ ܘܥܠ ܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ „venit Ioſeph, — et introivit ad Pilatum.“ Impedita hoc loco eſt conſtructio graeca.

XV. 44. ܟܒܪ *ηδη* habet pro *παλαι*, cum cod. D et latinis.

XV. 47. Pro, Maria Ioſe, legit, Maria mater Iacobi et Ioſe, ut graeci 13. 69. et Vindob. 31, accedente verſ. Arm.

XVI. 1. Syrus: abierunt, emerunt, cum ſolo D. In reliquis concinit cum textu recepto.

XVI. 2. Egregie Syrus: ܘܩܕܡܐ ܠܚܕܐ ܨܦܪ ܒܫܒܬܐ „et valde mane feria prima“ Conf. Matth. XXVIII. 1.

XVI. 3. 4. Iterum ſolum codicem D ſecutus tranſponit hos verſus: „Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio ſepulcri? Erat enim magnus valde. Et venerunt, et invenerunt lapidem revolutum.“ E latinis conſentiunt Cantabr. Colbert. et Corbeienſis.

XVI. 5. Deſunt verba, *εν τοις δεξιοις.*

XVI. 8. Omittit Syrus, cum plurimis codicibus graecis, vocem *ταχυ* ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܩܒܪܬܐ ܥܪܩܘ „et illae exeuntes e ſepulcro fugerunt.“

XVI. 10. Syrus: ܗܝ ܐܙܠܬ ܒܣܪܬ ܠܗܘܢ ܕܗܘܘ ܡܬܐܒܠܝܢ ܘܒܟܝܢ ܥܡܗ „et haec abiit, nuntiavit illis, qui lugebant et flebant cum ipſa“ — Agnoſcit igitur Syrus noſter ultimam Marci pericopen, criticis nonnullis ſuſpectam.

Lucas.

I. 28. *Κεχαριτωμενη* interpretatur Syrus, *pia*, vel *ſancta*, deinde cum graecis L. 1. Vatic. et Vatic. 360, accedente verſ. Armenia, omittit: *ευλογημενη συ εν γυναιξιν.* Syriace: ܫܠܡ ܠܟܝ ܚܣܝܕܬܐ ܡܪܢ ܥܡܟܝ ܀ ܗܝ ܕ „Salve, o pia, dominus tecum! Quae cum audiſſet“ rel.

Lucae I. 35. Omittit voces *εκ σου* poſt *γεννωμενον*, quae in codd. C. 1. 33. 72. Vindob. 31. latiniſque et editionibus nonnullis inferuntur.

II. 2. Vox *της Συριας* ܣܘܪܝܐ additur in margine.

II. 9. Deeſt *ιδου*, concinentibus L et Vaticano. Arm.

II. 11. Solus noſter: ܗܘ ܕܗܘ ܡܫܝܚܗ ܕܡܪܝܐ „ qui eſt Chriſtus (h. e. unctus) *Domini*"

II. 20. Solus: ܐܝܟ ܕܐܬܡܠܠ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܠܐܟܐ, a ſecunda manu ܡܠܐܟܐ. „ſicut dictum eſt ad illos ab angelis."

II. 28. Solus: „et accepit Simeon" pro: et ipſe accepit.

II. 40. Cum codd. D. L. et Vatic. latin. arm. non modo excludit *πνευματι*, ſed contrarium quoque exprimit: ܘܛܠܝܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܪܒܐ ܘܡܬܥܫܢ ܒܩܘܡܬܐ ܘܡܠܝܘܬܐ ܕܚܟܡܬܐ ܘܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘܬ ܥܠܘܗܝ „ Puer autem creſcebat et confortabatur ſtatura, et plenitudine ſapi- „ entiae: et gratia Dei erat ſuper eum."

II. 43. Pro, Ioſeph et mater eius, legit Syrus, parentes eius ܐܒ̈ܗܘܗܝ Vid. Philox. pag. 110.

II. 52. Paraphraſtice Syrus: ܗܘܐ ܡܬܬܘܣܦ ܒܩܘܡܬܐ ܘܒܚܟܡܬܐ ܘܒܢܣܝܘܢܘܬܐ ܘܒܛܝܒܘܬܐ „ proficiebat ſtatura, et ſapientia, et experientia et gratia."

III. 5. Syrus: *omnia* dura — et *omnia* aſpera.

IV. 16. 17. Cum uno Wetſt. et Vatic. 360, verbis tranſpoſitis legit: „ et tradebatur illi liber Ieſaiae prophetae, et ſurgebat legere. Et ut revolvit librum" rel.

IV. 22. Addit *illi* poſt *ελεγον* et v. 25 Eliae *prophetae*.

IV. 34. Secutus codices D. 34 al. et latinos, omittit *εα*.

V. 3. Simonis Petri, pro, Simonis: concinente Simpl. Ibidem deeſt *καθισας*. Et v. 5 omittitur *αποκριθεις*.

Lucae

Lucae V. 10. Vid. pag. 155.

V. 30. Alio ordine Syrus: Phariſaei et ſcribae eorum, concinentibus C. L. 1. Vatic. Urb. 2. et latinis.

VI. 4. ܘܠܚܡܐ ܕܐܩܕܡܬܐ ܐܟܠ „et panes propoſitionis manducavit" omiſſis *ελαβε και*, cum codd. D. K. 1. 13. 69. 72. al. Vatic. 360. Urb. 2. Vind. 31. et quinque Moſquenſ.

VI. 20. *Oἱ πτωχοι*. Syrus, pauperes ſpiritu. E Matthaeo. Concinunt 1. 13. 64. 69. 71. 118. Vatic. 360. Vindob. 31 al. Moſq. tres. latin. arm.

VI. 21. Syrus ſolus, verbis transpoſitis, habet: ܛܘܒܝܟܘܢ ܗܠܝܢ ܕܒܟܝܢ ܟܕܘ ܕܬܓܚܟܘܢ ܛܘܒܝܟܘܢ ܗܠܝܢ ܕܟܦܢܝܢ ܟܕܘ ܕܬܣܒܥܘܢ „beati vos, qui nunc fletis, quia ridebitis: beati vos, qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini."

VII. 11. Omittit vocem *ἱκανοι* cum D. F. L. Vatic. Vat. 359. Urb. 2. latin. arm. al. Eadem vox v. 12 vertitur ܣܓܝ *multus*.

VII. 25. ܗܐ ܗܠܝܢ ܕܠܒܝܫܝܢ ܠܒܘܫܐ ܡܫܒܚܐ ܒܒܬܝܗܘܢ ܕܡܠܟܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ „ecce, qui veſtiuntur veſtibus ſplendidis, in domibus regum ſunt."

VII. 28. Syrus: Amen, dico vobis. Urb. 2. al.

Ibid. Deeſt *προφητης*, ut in graecis L. 1. 33. 72. 114. al. Vatic. Urb. 2 al. et nonnullis Moſq. atque latinis plurimis. Ibidem deeſt *του βαπτιϛου*, concinentibus L. 1. 72. Vatic. Urb. 2 al. Syriace: ܕܠܝܬ ܒܝܠܝܕܝܗܘܢ ܕܢܫܝܐ ܪܒ ܡܢ ܝܘܚܢܢ „maior inter natos mulierum Ioanne nemo eſt."

VII. 29. *βαπτισθεντες το βαπτισμα Ιωαννου.* Syrus: „baptizati in Ioannem" ܕܐܨܛܒܥܘ ܒܝܘܚܢܢ

VII. 39. In duabus pericopis deeſt *ὁ καλεσας αυτον.*

VIII. 9—15. Haec pericope margini adſcripta eſt, et deſinit iis-

 dem

dem verbis, quibus in aliis Evangeliariis codicibusve nonnullis terminatur: qui habet aures audiendi, audiat!

Lucae VIII. 26. Pro, Gadarenorum, legit, Gergeſenorum, ſuffragantibus L. 1. 33. 118. Vatic. 360. Urb. 2. uno Moſq.

VIII. 27. Eosdem codices L. 1. 33. Vatic. Vat. 360. ſecutus vertit: „qui habebat daemonia, et multo tempore veſtimento non induebatur.“

VIII. 30. Syrus: Legion nomen meum.

VIII. 42. A ſecunda manu legitur in noſtro: ܘܗܝ ܗܘܬ ܡܩܪܒܐ ܠܡܡܬ „moribunda erat“ E Simpl.

VIII. 45. Deſunt: *και οἱ μετ' αυτου*. Ita graeci 42. 63. 72. Vatic. et unus Moſq.

VIII. 48. Deeſt *θαρσει*, accedentibus D. L. 1. 59. 118. Vatic. Vat. 360. Urb. 2. et latinis.

VIII. 51. Syrus verbis transpoſitis: Petrum et Ioannem et Iacobum. Suffragantur C. D. E. F. G. K. 1. 69. Vatic. Vind. 31. aliique plurimi, et latini.

VIII. 52. Noſter: ܠܐ ܓܝܪ ܡܝܬܬ ܛܠܝܬܐ *ου γαρ απεθανεν το κορασιον*, cum gr. L. 1. 13. 69. 121. Vatic. 360. et latinis plerisque Conf. Philox.

IX. 38. Pro, reſpice, a ſecunda manu ſcriptum ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ miſerere.

IX. 39. Hunc verſum ita mutat Syrus: ܘܗܝ ܪܘܚܐ ܠܗ ܗܘܐ ܘܡܛܪܦܐ ܡܣܩܒܠܘܬܐ ܥܡ ܪܘܥܐ ܠܗ ܘܡܥܒܕܐ „et proiecit illum, ut ſpumaret, et vehementer luſit cum eo: et rogavi“ rel.

X. 16. In fine huius verſus additur: et qui me audit, audit eum, qui miſit me“ cum ſolo cod. 13, latinis nonnullis, arm., ſyr. Philox. al. Additamentum formatum, ut videtur, e prioribus verbis huius commatis.

Lucae

Lucae X. 21. Pro, exſultavit ſpiritu, legit, exſultavit ſpiritu ſancto, aſſentientibus e graecis C. D. K. L. 1. 33. 63. 114. et Vatic. Moſq. uno, latinis omnibus, et plurimis aliis verſionibus.

X. 27. Primum omiſſa erant verba, *εξ ὁλης της καρδιας σου*; deinde reſtituta.

X. 31. *κατα συγκυριαν* ſyriace expreſſit: ܘܗܘܐ ܠܟܗܢܐ ܚܕ ܗܘܐ ܢܚܬ „accidit, ut ſacerdos quidam deſcenderet" ut codices latini.

X. 38. Pro *αυτους* habet *αυτον* cum Urb. 2. al. „factum eſt autem, dum proficiſceretur" pro, proficiſcerentur. Latini quidam concinunt.

XI. 29. Deeſt, *του προφητου*. Ita graeci D. L. Vatic. latini antiqui, arm. al. Verſu ſeq. iteratur *σημειον* poſt *ὁ υἱος τ. ανϑ.*

XII. 3. Pro *προς το ους* in aurem, legit *προς ανους* vel *ανϑρωπους* „quod hominibus locuti eſtis in cubiculis"

XII. 18. Ad ultima verba huius verſus ܘܐܨܠܚܬ ܠܗ ܐܪܥܗ „et proſperata eſt ei terra eius" additur in margine alia interpretatio: ܘܐܥܠܬ ܠܗ ܥܠܠܬܐ ܣܓܝܐܬܐ et provenerunt ex ea proventus copioſi. E verſione ſimpl.

XIII. 19. Deeſt *μεγα* poſt *δενδρον*, ut in graecis D. L. Vatic. et Moſq. uno. latinis nonnullis, arm. al.

XIII. 28. Omittuntur verba, *και παντας τους προφητας*.

XIV. 3. Poſt, licetne rel. addit Syrus, an non. cum gr. D. L. 1. 69. Vatic. Urb. 2. Vindob. 31 al.

XIV. 21. Quae mendoſe neglecta erant in contextu, a *κυριω αὐτου* ad *οικοδεσποτης*, ſupplentur in margine. Ibidem deſunt verba *και χωλους*, concinentibus A. 13. 69.

XIV. 24. In margine adduntur: „multi ſunt vocati, ſed pauci electi." Accedunt graeci E in marg. H. 1 in m. Vind. 31. Eſcur.

 8 in

8 in m. aliique multi, in primis Evangeliaria. Sine dubio appendix, in Evangeliariis ad finem pericopes addita: aliamque eiusdem pericopes appendicem animadvertit cl. Matthaei: „qui aures habet audiendi, audiat!"

Lucae XV. 22. Syrus: „et dixit pater eius ad ſervos ſuos, *Celeriter* proferte rel. ܨܦܝܩ [33] ſuffragantibus D. L. 13. Vatic. Urb. 2.

XVI. 21. Deeſt *των ψιχιων*, ut in graecis L et Vaticano, et latinis. Ibidem in margine poſt verba, de menſa divitis, additur: et nemo illi dabat, conſentientibus 61 in marg. 69. Vatic. 359 gr. lat. Vind. 31 et Vulgata. Aſſumentum e cap. XV. 16 petitum.

XVI. 22. In margine codicis verbum, ſepultus eſt, temere conſtruitur cum ſequentibus: et ſepultus eſt in inferno. Lectio codicum latinorum et vulgati interpretis. Verſu ſequenti deſunt: *ὑπαρχων εν βασανοις*.

XVII. 4. *της ἡμερας* poſterius deeſt. Neque legitur in graecis D. L. et Vaticano, latin. arm.

XVII. 4. Syrus: ܬܘܐ ܐܢܐ ܫܒܘܩ ܠܝ „poenitet me, ignoſce mihi" et in marg. ܫܒܘܩ ܠܗ ܠܟ „ignoſcas illi" quae verba vel pro illis legi, vel poſt ea addi debent.

XVIII. 20. Additur in margine: et proximum tuum ut te ipſum. Fruſtra adſcriptum e Matth. XIX. 19.

XVIII. 43. Omittitur, *και ηκολουθει αυτον*.

XXI. 1. et 4. *δωρα* vertit Syrus ܩܘܪܒܢܐ oblationes, et v. 4 omittit vocem ſequentem *του θεου*, comitantibus L. 1. Vatic. et Vatic. 360. ſed e latinis nullo.

XXI. 9. Prava videtur interpretatio huius verſus: ܐܠܐ ܡܚܕܐ ܗܘܐ [34] ܣܘܦܐ pro: ſed nondum ſtatim finis.

Lucae

[33] Vocabulum chaldaicae originis. Buxtorf. Lex. chald. Talm. pag. 1834.

[34] ܣܘܦܐ conſumtio, excifio, perditio. Vox chaldaica, Buxtorf. pag. 2509.

Lucae XXI. 28. Mendoſe omiſſa ſunt *αρχομενων* ad *γενεσθαι*. Item v. 35 verba quaedam ob *ὁμοιοτελευτον* in una pericope exciderunt, in altera reſtituta.

XXII. 17. 18. Deſunt hi duo verſus in omnibus codicibus verſionis ſyriacae ſimplicis, et in prima editione Viennenſi folio 92 col. 2. lin. 21.* Omittuntur quoque in codice latino Veronenſi Blanchini. Sed adduntur a noſtro his verbis: ܘܢܣܒ ܟܣܐ ܘܐܘܕܝ ܘܐܡܪ ܣܒܘ ܗܢܐ ܦܠܓܘܗܝ ܒܝܢܝܟܘܢ܀ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܕܠܐ ܐܫܬܐ ܡܢ ܗܫܐ ܡܢ ܝܠܕܐ ܕܓܦܬܐ ܥܕܡܐ ܕܬܐܬܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܀ „et accepit calicem et gratias egit, et dixit: accipite hunc, dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam dehinc de fructibus vitis, donec veniat regnum Dei. "

XXII. 31. Syrus addito *ὑμας*: ܕܢܪܒܠ ܠܟܘܢ ut cribaret vos. Verſu 32 in margine additur ܣܝܦ, et qui non habet *gladium*. Totusque verſus 39 margini adſcriptus: definit enim pericope v. 38.

XXII. 43. 44. Hi duo verſus aſteriſco notantur in codice Aſſemaniano II verſionis Philoxenianae, addita in margine animadverſione critici, quam ſupra pag. 122 omiſſam, hoc loco apponimus: ܗܕܐ ܣܘܢܛܟܣܝܣ ܠܐ ܐܫܬܟܚܬ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܘܬ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܘܡܛܠܗܢܐ ܗܕܐ ܣܡܗ̇ ܩܕܝܫܐ ܩܘܪܝܠܠܘܣ ܒܡܐܡܪܐ ܕܝܠܗ ܕܝܚ ܕܠܘܬ ܐܪܡܝܐ „Haec ſyntaxis (vel pericope) non reperitur in Evangeliis apud Alexandrinos, et propterea poſuit (forte, non poſuit) eam ſanctus Cyrillus in homilia ſua 18 ad (Ieremiam? an Aramaeos?)" Sublatos fuiſſe hos verſus a Syris quibusdam, auctor eſt Photius. Deſunt quoque in codicibus graecis A. 13 (in quo tamen recent ore manu adiecti ſunt) Vaticano, et Vindob. 71. Aſteriſcis vel obelis notantur in codd. E. 24. 36. Vat. 354. Barber. 10. 115. Vind. 30. In lectionariis fere omnibus deſunt in una pericope, in alia autem cum Matth. XXVI. 39 aliisque

